

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Liber IV. De tertio Decalogi Præcepto. Memento ut diem Sabbati
Sanctifices.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)



LIBER. QVARTVS.

DE SECUNDO DECALOGI PRÆCEPTO.

Sabbati Sacrifices.

DE Sanctificatione, seu observationem Sabbati præcipitur observatio Festorum, quæ nunc propria sunt populi Christiani. Eiusmodi autem observatio consistit ex Cæterano in summa, v. Festorum violatio, in tribus, in missæ auditione In abstinentia ab operibus servilibus: In abstinentia quorundam operum forensium. Ad eo, & quartum, In observatione jejuniorum, quæ instituta sunt certi diebus in honorem Christi, & Sanctorum.

Primum ex his est Præceptum positivum: Secundum, & Tertium negativum; Quartum, alij positivum, ut Bonac. tom. 2. d. vlt. de præc. Ecl. q. 2. p. 3. s. 7. alij probabilitis negativum esse contentum, ut Sylvester v. Iejuniūm. n. 22. Ioan. Sanch. in fel. d. p. 5. 4. n. 42. Præmittam aliquid de festo in universum: tum de his quatuor correspondentia capita digram, favente Deo.

CAPUT PRIMUM.

De Festo in genere.

§. I. *Quis instituere dies festivos possit.*

Dies indicere festivos pro universa Ecclesia in honorem Domini, & Sanctorum, cap. conquerens, de Fer. c. 1. de consecr. d. 3. (utique Canonizatorum dimitigat, ex Sylv. mox cit. vel certe etiam Beatiatorum, sic Suarez tom. 2. de Rel. lib. 2. cap. 11. num. 4. & 5. esto oppositum doceat Diana p. 3. tratt. 5. ref. 9.) pertinet ad Pontificem Summum: Pro Diœcesi, vel oppido ad Episcopum modo mox explicando. Eandem vim habet legitima consuetudo, sive universalis pro tota Ecclesia, sive peculiaris pro Diœcesi, vel oppido. Legitima; inquam, quia ex se consuetudo sola, orta dumtaxat ex populi observatione, eiusmodi vim non habet, nisi quando saltem tacitè prælati consensu includeret. Ratio est, quia id pertinet ad jurisdictionem spirituali, quam nullam habet populus, sed solum Prælati, quibus eam Christus Dominus communicavit. Quod non ita se habet in jurisdictione temporali; hanc enim primis residere in populo ab ipso tamen Principibus secularibus ad meliorem gubernationem communicatam est, docent communiter Autores &c.

2. Si quando autem Princeps mandet observari aliquam festa, ut ob insignem victoriā, coronationem Regis, inquit etiam ob reverentiam alicuius Sancti de Rebus bene meriti, (que, non accedente Prælati iustificatione, festa facultat, non vero Sacra appellari recte possunt) non erit obligatio in conscientia ex virtute Religionis audiendi Missam, abstinendi a servilis: lege Abbat. cap. quatinus, de Feris, Sylv. v. Dom. q. circa initium, S. Ant. 2. p. 2. 9. cap. 7. §. 1. solum enim tunc externa fœlitas, & abstinentia a negotiis prohibetur. Interim tamen non nego contra legem peccati posse, & contra Princeps obedientiam; sed hoc ad mortale, vix, aut ne vix quidem de facto pertinere, alibi a nobis est disputatum.

3. Episcopus verò Episcopalemque jurisdictionem habens indicere potest dies festos, quos voluerit. Ita Suarez. 1. 2. de Rel. tr. 2. lib. 2. cap. 12. Castro Pal. 1. 3. d. 2. p. 1. num. 5. aliisque, ab omnibus etiam Regularibus observandos, ex Pell, tratt. 5. c. 4. n. 9. notante num. 14. Regul. non

obligati ad festa sola consuetudine introducta, sed accidente consensu Clerici, hoc est, majoris partis Capituli, & consensu Populi: ex cap. cum Clericis, de verb. signif. & c. conquerens, de Feris: vide Dianam p. 4. tr. 4. ref. 178. sic etiam intelligit Castro, Pal. tom. 2. ubi de Gabellis, quod Ecclesiastico; & de Lugo tom. 2. de Iust. ubi de iisdem gabellis.

Monet Tamen V. b. VII. in Bulla edita anno 1642. (sed non iubet, nec potestatem tollit ut parce, ne fideles aggraventur, hanc potestatem Episcopi exerceant: prout insuper in rigore Episcopum sine positivo consensu populi, quem satis est non contradicere, id etiam licet (cum consensu tamen dicti Cleri) posse consuetudinem sicut legitime introducta.

§. II. *Quid sit dies festi, & à qua hora incipiunt, & finiuntur?*

Praeter omnes dies, Dominicos, festosque dies quodam Sanctissima Deiparæ, ac Sancti, dedicatos, omnibus satis cognitos, illi ex universali regula inter dies festivos sunt connumerandi, quos constitutio Synodalnis præcepit, & non abrogavit consuetudo, quoque easdem consuetudine legitime introduxit: Ita Cajer. in signif. v. Festorum violatio, q. 2. Navarr. cap. 1. 2. num. 5. pro quibusdam festis dubius Regula hæc est: Effe observandos eos; quo magna pars populi observat. Si multi festum non violant, violent multi, verum Prælati silent; habendum est eos festos esse ex libera populi pietate, atque adeo non obligare.

2. Quoad inceptionis horam, licet olim ea fuerit à Vesperis ad Vesperas, cap. 1. de Feris; Navarr. 1. c. jam nunc (nisi alicubi legitima sit diversa consuetudo) à media nocte ad medianum noctem dies festus incipit, & absolvitur, Ita Abb. 1. 2. de Feris, n. 2. Sylv. v. Dominico, n. 4.

CAPUT II.

§. I. *De obligatione Sacrum audiendi.*

1. **T**eneat omnes baptizatos adultos ad missam (& quidem unam etiam in natali Domini) die festivo audiendam, idque sub mortali, (quia res est gravis etiam semel omittere, ex Suarez tom. 3. in 3. part. d. 88. s. 2.) jam omnium fidelium sensus edocuit: Non autem tenentur non baptizati, quamvis cathecumeni sint, nece usum rationis non habentes, quales sunt parvuli

8. amentes: illi, quia nondum subduntur Ecclesia regi-
bus; hi, quia a sufficienti humanam exhibere non pos-
sunt. Quia ad ejusmodi obligationem faciat, missis ab
autobus scriptis, in summan sic redigo.

Quae Missa.

1. Primo, quam Missam audire tenemus; Respon-
do, Catholicis ritu peractam, quacunque lingua, de
quacunque Sancto, quacunqueque votivano, etiam sub
malis fide, in recitanda una Missa pro alia Sacerdos
erexit. Ita *Ador. p. 1. lib. 7. c. 3. q. 5.* Ratio est, quia prae-
ceptum audiri Missa; non vero haec, vel illa.

Quanta Missa.

2. Secundum, quantam Missam? Respondeo totam.
Exclusis tamen a mortali, si omittas legem partem;
levis autem iam nunc judicatur omisso ab initio usque
ad Evangelium exclusivè. Sic *Fag. in 1. præcept. Eccles.*
lib. 2. cap. 6. num. 2. Bonac. *tom. 1. d. 4. de Miss. Sacrific.*
q. 1. ult. p. 1. num. 16. alios citans, *Immo* (si audias
live ab eodem, live ab alio celebrante ultimum Evangelium
S. Ioannis) etiam inclusivè. Sic *Fag. ibid. n. 7.* alio-
que leviter ceterum, si audias ab initio usque ad
Communionem inclusivè: omisso ceterum usque ad
item. Qui non est præfens consecrationi, sed ceteris partibus,
licet consecratio, quia dignior est, multum valere;
tum præceptio satisfacit. Ita de *Lugo de Euch. d. 22.*
lib. 2. c. 4. quia potest adhucere opinioni afferenti Sacri-
fici etiam in Communione consistere, atque adeo
quod et is dicendum omisso sacrificium: Quod si, tum
Consecratione, tum Communioni præsens non est, nullo
modo satisfacit, quia nulli assistit sacrificio.

3. Erat quidam Sacerdos, qui dum sacrificium in
priuata eaduca faceret, in *Memento*, vel Communione
stabat scilicet per horam, certè huic author est, ut viam
communem inter, orareque potius ante, vel post Missam,
singularias fieri per eum odiosas, nec Deo, vel in rebus
sanctissimis, grata: immo vereor, ne id fiat contra
Robitas modicam tunc orationem prescribentes.
Nom. cap. 16. Rubr. gener. num. 21 expressè præcipit: Ne
minimus dicamus Missa, quo scilicet audientes rati-
onem afficiantur, & cap. 8. *rius elevandi Missam*, num. 3.
dicit de *Memento*, ut tunc j. n. eis manibus stet pos-
tupet in quæ: sed ad nostra. Minister ergo ab eis ad
transacta peragenda discedebat, tum exacta hora re-
diens, ministrumque reassumens, ritè sacrificio usque
ad finem intereat. Inquit, ejusmodi minister faciebatne
præceptio fatus? Satis utique, quia sine illa hora, Missa
non remanebat.

4. Is, cui integræ Missæ assistere propter legitimum
impedimentum non conceditur, & Ecclesiam ingreditur
dum Sacerdos celebrans nondum pervenit ad consecra-
tionem, debet quod superest audire. Ita de *Lugo de*
Euch. d. 2. scil. 1. n. 6. quia tunc pars principalis, & que
possimum intenditur à præcepto, audiri potest. Nec
di audiendum loquitur. Sanchez in *selec. d. 15. num. 5.* qui do-
cer accedentem ad audiendum sacram tempore præfa-
tum, minime teneri interesset, qui nullā hujus rei ratio-
nem affert, solum al. talen esse usum. Fidelium etiam
mutuorum, de quo tamen usu autoritas solum apud
p. 1. est.

5. Quod si post consecrationem accedit, non obli-
gatur ad assistendum partì, quæ recitanda superest, quia
non deficit pars principalis, & substantialis; exemplum
que profere possumus ex *Feria sexta Hebdomadæ San-
ctæ, quando licet in Missa adhuc Communio, & quædam
alio, quia non adhuc consecratio, tenemus audire, si
tunc sucederet dies festus: ita ergo in casu nostro.*

Vbi?

6. Tertiù, quo loco Missa est audienda? Respondeo
quacunque Ecclesia, etiam extra Patochiam: immo
non possunt subditos cogere Episcopi ad audiendam
Parochia, & declaratione Congregationis Cat-

Part 1.

dinalium, quam refert de *Lugo ibid. n. 3.* An, & in qui-
bus Oratoriis, diximus opus nostro 3. de Sacram. Missæ
lib. 3. q. 4. s. 4.

Quo sit?

8. Quartu, ut audiatur Sacrum genibus, v. g. flexis
vel stando, vel alio modo, non est necessitate præceptum
caveatur irreverentia, vel scandalum.

A quo?

9. Quintu: à quocunque Sacerdote Catholicis cele-
bratam Missam audire potes, modo non sit nominatus
excommunicatus, vel publicus Clerici percussor: quare
si nullus presto est Sacerdos die festo, qui rem facram
facere volet, nisi is excommunicatus: omitendum tibi
potius erit sacrificium illo die, quam cum illo, Sacrum
audiendo communicare. Ratio est, quia fortius judicatur
in Ecclesia præceptum vitandi ejusmodi excommuni-
catus non toleratum, quam audiendi Missam. Ab excom-
municato autem tolerato potes: quia tametsi antea id
non licuerit, tamen *Concilium Constantiense* ad sedan-
das conscientias, restrinxit prohibitionem, scilicet so-
lum obligemur non communicare, sive in humanis, sive
in divinis cum non toleratis. Ab hæretico nondum no-
minatus, denuntiato, cum, donec accedit denuntiatio, sit
toleratus, posset ex hoc capite audiri Sacrum: sed obstat
in hæretico cognito scandalum, ne scilicet videaris, ipsi
vel favore, vel ipsius hæretis particeps esse.

Due Media Missa.

10. Sextu: qui medianam Missam, v. g. post consecra-
tionem usque ad finem audit ab uno Sacerdote, audiendu-
do postea eadem die ab alio aliam medianam, hoc est, ab
initio usque ad consecrationem, præcepto satisfacere,
salmi propter authoritatem extrinsecam multorum, id
affertur, probabile est: Ita *S. Nau. Sot. Henr. apud*
Dian. p. 2. tr. 3. mis. cel. ref. 18. Major, Agid. Medina apud
Fag. 2. Ecl. præc. lib. 2. c. 6. n. 1. Bon. 1. d. 4. de Sacr. Missæ
q. ult. p. 11. n. 13. Hurt. d. 5. de Sacr. Missæ diff. 4. sed in rigore
veram autem contrariam sententiam, quia ex illis dua-
bus partibus nequamquam conflatur unum sacrificium, cui
interesse iubet Ecclesia. Adde & absurdum, quod ex
priore opinione consequitur, nam sic posset quis simul
ab uno Sacerdote dimidiari Missam audire, & ab alio
celebrante; eadem hora, in vicino altari, aliam dimidi-
am, & hoc pacto satisfacere: Cùm ad utrumque Sa-
cerdotem præsentia moralis haberi possit; quod certè
quidquid sentiantur. *Qui Suarez de Euch. disp. 88. scil. 2.*
meritudo reputat absurdum, quia sic posses à tribus, vel
à quatuor Sacerdotibus simul in vicinis altaris Missas
celebrantibus varias partes Missæ audire, & satisfacere
& in officio divino à sex recitantibus sex diversas le-
ctiones simul audire, & satisfacere, cum præsentia mora-
alis ad omnes jam habeatur.

Præsentia.

11. Septimò: requiritur ad audiendam Missam præ-
sentia moralis, humana, unde non fatis est, si ceperis
vigilans interesse, & deinde obdormias. Ita Sanchez
2. *tom. consil. lib. 7. cap. 2. dub. 33.* imò neque si raptum, aut
extatim patiaris; cum tunc præsentia moralis per som-
num, vel raptum interrupatur. Ita *Fagund. l. lib. 2. c. 7.*
num. 3. Gaspar. Hurtad. l. disp. 5. diff. 1. Non autem est
necessitatem audire, vel videre, nam cæcus, & surdus satis
præceptum adimplent.

12. Hinc infero primum, satis esse ejusmodi assisten-
tiam exhiberi humano modo, vel audiendo, vel videndo
celebrantem, vel saltem ita sociando alios videntes,
audientes, (quamvis sit quis extra Ecclesiam omnes
præsentes non capientem) ut ex signis, & gestis Missæ
aliqua colligere possit, & ut ad multitudinem assisten-
tium censetur moraliter pertinere: ita, quod certè

P 3 semper

semper contingit in facilio parvo etiam post columnam ejusdem parvi facili, etiam in Choro post altare pro Religiosis, vel Clericis ibi cantantibus. At in templo magno, ut, v. g. S. Petri Romæ, non satis faceres, si tu es in Capella & in altera fieret sacram: multo finius si proprie columnam ab Altari distanter. Propteritem Capellam dividenter; quia tunc tanta distanta, vel divisio inter, & celebrantem multis aliis intermediis tollit presentiam moralem: nam propter contrariam rationem, satis faceres, si adesset magna hominum multitudo, tu vero es ex postremis in eadem magna Ecclesia, quia scilicet tunc moraliter faceres unam cum ea multitudine presentiam.

13. Ex hac doctrina olim resolvi, num Moniales, loco post Altare, quem in suis claustris habent, qui locus non videtur pertinere ad Ecclesiam, cum sit solum ad commoditatem ipsarum, ut inibi aliquibus diebus Officium cantent, num, inquam, a tali loco ille possit visitare Altare, & indulgentiam illud visitantibus concessam lucrari: an potius obligentur illud visitare a Choro, qui est in ipsa Ecclesia ad Altaris prospectum directe situs? Dixi, cum inde horis Canonis satis faciant, indeque Missam etiam directe solent, ut ipsa a me interrogata facta sunt, & quidam ritè propter rationem num. precedente dictam; nullam postea esse dubitationem quoad indulgentias, utroque enim eadem praesentia moralis in Ecclesia requiritur, & sufficit.

14. Infero secundò, fenestra tuae domus, si sit parva distanta ad altare Ecclesia, posse te satisfacere præcepto inde audiendo Sacrum etiam sit intermedia via publica. Ita de Lugo de Euch. disp. 22. sct. 2. num. 21. quia sic verò præcōnes es moraliter Sacro: securus erit in magna arbitrio prudentis, distanta, propter oppositam rationem.

4. Infero tertio, non esse moraliter Missa præsentem cum, qui sacramentaliter confitetur, dum Missa celebratur. Ita Suar. de Sacra. disp. 88 sct. 6. v. Septimum caput; Azor. 1. p. lib. 7. c. 7. q. 8. quia non satis est pietas actionis, si haec distrahatur, seu excludat moralē affi-stantiam; distrahit autem in calu nostro, quia actio ex-terna Confessionis impedit ipsum exterritum cultum at-tendendi ad Missam.

16. Infero quartò, satisfacere præcepto de audiencia Missæ cum, qui dum eam audit, recitat Psalmos, vel alias Orationes, etiam illas, quas ex obligatione recitate tenetur: Ita Suar. l. c. Azor. l. c. cap. 5. q. 3. aliqui communiter, quia talis attentio ad res divinas moralē praesentiam nequaquam tollit.

Indò, dum Sacerdos secrete orat, Orationes alias à fidelibus recitari, bonum consilium est; si quidem mentis evagatio; hac ratione, melius evitabitur: quomodo autem duabus obligationibus possit uno opere aliquando satisfacere; vide latè apud Sanchez lib. 1. in Dec. cap. 14. num. 5.

Intentio.

17. Octavo, requiritur intentio volendi audire. Quare non satis est, esse in Ecclesia ad expectandum, v. g. anquam, nisi intendas etiam Sacro interessere. Pari modo, etiam Missa quis interfit ad videndum mulierem, vel ad ancupandā vanam gloriam, scilicet aliunde peccet, satisfaciet nihilominus, si interim Sacrificio vacet; modò hac non impediatur, ut certè es se sola non impediunt, praesentiam humanam ad Missam. Ita Sanch. ibid. n. 1.

18. Si quis Missæ assistat intentionem habens non satisfaciendi præcepto, adhuc satisfacit (esto, peccet ex malo affectu, si die festi non habeat animum implendi præceptum.) Ita Sanchez ibid. cap. 13. n. 8. Suar. tom. 2. de Rel. lib. 4. c. 26. num. 8. quidquid Marchinus de ordine, tract. p. 3. cap. 17. n. 10. cum Azor. aliusque ibid. citat, quia ponit jam tem præceptam; præcipitur enim, ut audiatur Sacrum, non verò ut cum ista, vel illa intentione audiaur. A peccato autem satis abunde desister, si intra debitum tempus, v. g. ante meridiem, voluntatem illam retractet, velutque per auditam jam Missam obli-

gationi satisfacere. Hinc etiam sit, ut ignorans hodie esse diem festum, si audiat Missam non obligetur aliam audi-rem post scientiam festi; ita enim præcepto satisfecit,

Attentio.

19. Nonò, desideratur attentio, estque communis quæstio, cum attentione ad Divinum Officium. Necesse est attentionem internam, hoc est, internam applicationem mentis ad Missam, vel Officium, sive ad verba, sive ad verborum sensum, sive ad Deum, docemus communiter Vasquez Sanchez, Suarez, innumerique alii citati à Diana p. 3. de Hor. Canon. resol. 2. vide etiam p. 3. tract. 4. resol. 10. ubi de Missa, Oppositum, id est, solam externam satis esse, ad evitandum mortale, docerunt antiquiores multi, Sylvester, Durandus, Medina, S. Antonius, aliique, quos refert Diana, ex recentioribus Coninch. Gaspar, Hurtadus; Diana; & probable vocat Lessius, Henricus, Victorellus, Layman; novissime denique Io. de Lugo de Euch. disp. 22. sct. 2. n. 27. predictos citans, optimis rationibus id confirmat: unde & ego, sicut in opus. 5. de Sacr. Missæ, lib. 2. cap. 3. ita hic, idem probabile judico.

20. Hac autem externa attentio consistit in negatione distractionis externe, id est, in negatione ejus negati, vel occupationis externe. quæ ex se distractiva facta sunt ab auditione Missæ; quale esset, v. g. velle historiam legere, confabulari, ludere, depingere, scribere, & similia.

21. Ratiō potissima hujus probabilis sententia est, quia falsum assument adversarij, dum contendunt actualem internam attentionem esse de substantia Orationis, unde, cum Ecclesia præcipiat Orationem, necesse est præciperet etiam dictam attentionem: falsum, inquam, id est, quia omnes fateri oportet, absque ea posse confitentia Orationem.

Paret id in forma Extremæ - Vocationis, quæ est substan-tialiter Oratione: & tamen, si Sacerdos, sive voluntari, sive involuntari distractatur, adhuc conficit Sacra-mentum; signum est igitur, substantiam orationis non dependere in suo esse ab actuali attentione. Paret iterum, quia orare est loqui cum alio: at certè ego tecum loqui possum, licet non attentionem; ut esset, si ex scripto, vel verbis memoria traditis, tecum agerem, imò & cum Rego; vel Principe interim aliquid aliud cogitando. Paret denique eo, qui ex scripto, vel sine interna men-tis attentione loqueretur eum excommunicato vitando; vel professionem in Religione emittente: nam & ille in excommunicationem incideret, & hic veram emittere professionem, si suspendisset ille loqui, & hic emittere: aliquid enim est intentio externa, quæ omnino est necessaria; de qua locutus sumus num. precedenti, & sufficere vi-tualiter diximus, in opus. 3. de Sacr. Missæ, lib. 2. cap. 1. s. 2. aliud attentio interna, quam non esse sub mortali (eo sub veniali, sup. lib. 2. c. 2. de orat. &c.) necessariam, hic affirmamus. Cum enim ex dictis attentioni actualis interna non ingrediatur orationis essentiam, unde certò habes Ecclesiam, quotiescumque orationem præcipit, præcipere & attentionem: Nisi certò habeas, non debes onus tam gravis legis certò fidelibus imponere. Alia minutoria in hanc rem, præcertam verò oppositorum solu-tione, vide apud citatos.

§. I. I. De Causis excusantibus ab assistentia Sacri.

Excommunicatione.

Vbi dicitur obligatione tollendi impedimenta.

2. Excusabitur primò, ab audiendo facto excommuni-catus, vel interdictus, sive publicè, sive priva-tim. Ita Suar. d. dis. 38. sct. 6. initio March. de ord. n. 3. part. 3. cap. 17. num. 17. quia hos prohibet, nescum ex-cusat Ecclesia; idque procedit etiam sibi culpabiliter negla-

obligat sibi procurare absolutionem (nolle tamē sit obligatus ex fine non audiendi Sacrum): nam sicuti illamas, & captiui si de sua sanitate, vel liberatione solliciti minus sunt, non peccant, non audiendo sacramenta non tenerunt tam remota impedimenta tollere: ita in casu nostro diximus opus. 2. Cap. cap. 4. §. 4. & 5. & opus. 3. de Sacr. Miss. lib. 3. cap. 6. §. 2. mox §. 3. & 4. de obligatione non ponendi impedimenta, nonnulla addidimus.

Interdictum.

1. Qui, sive personaliter, sive localiter est interdictus, eodem modo, & propter eandem rationem, quam sive precedentem diximus, excusatur a Missa. Solum ducenti. An qui habet Bullam Crucis concedentem privilegium, ut possit Sacro afflister tempore interdicti localis, tenetur illi interesse die festivo? Respondeo, non obligari tenent plures, ita Avila, Victoria, Canus, Cominch. Alterius, Ledesmas Lliamas, Diana cosidero, sequens, ac citans p. 1. trat. 14. resol. 2. alioque Doctores Salamancaenses apud de Lugo ipso citandum numero 12. quia nemo cogit uti suo privilegio. Obligari tenent multo plures, ita S. Navarr. Sotus, Vivaldus, Medina, Valdez, qui citat, sequiturque de Hugo de Euch. ibid. 11. s. 1. num. 13. quia praeceptum hoc obligat, quoniam non habet legitimum impedimentum, seu quoniam possit ut nunc posita privilegio, potes: ergo, &c. certe, si taceatur detinet privilegium, seu licentia a Judeicio facta adest Ecclesiastis interfutus facta, nonne obligabitur uti hoc privilegio, ut audiatur Sacrum, cuius non in casu nostro. Hec sententia est prior praeceptum solum attingit fines probabilitas, propter auctoritatem Doctorum extrinsecam.

Impotencia.

2. Secundum excusat Impotencia corporalis. Unde excusatur carcere detentus, agroti, & regulariter omnes iij. quibus propter debilitatem, vel aliud ex leto, vel fredo ad similia negotia non datur. Incolentes loca valde a templo distantes, communiter excusantur. verum, aliqui tria, aliqui duo, aliqui unum milliare magnam est se dilatantem statuunt. Ita March. l. c. 19. Sed revera est attendenda persona, via, plus, tempus, & similius ratio, ut omnibus per persis tali persona judicetur notabilitas difficile. Item excusantur itinerantes, & navigantes, quando vel Missa parent, vel notabilis est difficultas divertendi ad Missam. Præterea excusantur iuste præcepto Superioris domi detentis; immo & iij, qui bona fide promissione, præteritum cum juramento, viro, viri gratia nobili data, è domo ex, non valent.

3. Sed quid, si tunc domi sive in Oratorio prædato, habent ex Sacerdotio alias stipendiato Sacrum posset obligari, siue domi inclusus ad Missam audiendam? Negare respondeo Suatez d. dis. 88. s. 3. c. 1. apud de Lugo ibid. 12. de Euch. s. 1. num. 14. sed affirmatur probabilis Machinus de ordine, trat. 5. p. 3. cap. 17. num. 18. de Lugo ibid. num. 15. quia non videtur excusandus, qui cum in prompta Missam habere, quamvis ex privilegio, posse, tamen audire nolit: Dixi (alias stipendiato) nam ex eum non te obligo ad accessendum Sacerdotum dato novo stipendio: quia hoc præceptum obligat solum ad audiendum Missam, non vero ad illam pecuniam stipendio procurandam.

Incidit hic curiosa Dubitatio: Pater, vel quis Dominus filium, vel servum, ob correctionem, domi, vel in cubiculo, quasi in carcere inclusum retinet, vel negat illi inducendo ipsorum statui convenientia, unde non possit exire ad faciem audiendum. Ap. sicut excusatur ipse filius, vel servus, ob impotencia, ut certum est, sic excusatur Pater, vel Dominus? Ita etiam Superior Religiosus, vel Princeps in ordine ad suos, &c.

Respondeo: Huic scrupulo, quoad filium, his verbis obviavit Fagundez Eccl. præc. lib. 4. cap. 1. n. 2. Alioquin de possunt pares, si non omnino negare, saltem restrin-

gere, & moderari filii alimenta circa viatum, & vestitum ad tempus in panam criminis, & in posterum resipiscam, sive divi eorum danno, aut valetudine. Quod intelligentium est, citandi filii ob vestitus negationem sacram non audiunt diebus festis: quia parentes solum intendunt filiorum emendationem, non omissionem Missa: per accidentem enim est, quod illam omitant. Emendatio enim a parentibus intenta rationabiliter causa est ad utrosque, tam filios, quam parentes excusandos. Hæc merito Fagundez, que sunt etiam propter paginam rationis applicanda ad servum, subditum, vaillantum.

Solum de subdito Religioso adverte, duplum posse esse inclusionem: alteram in Monasterio: alteram in Carceri, seu Cella, utramque rationabilem, ut suppono: In posteriori excusabitur tum ipse subditus, quia non posset; tum ipse superior, quia rationabiliter inclofit: In priore, cum possit Religiosus audire factum in Ecclesia Monasterij, & eodem modo est, si filius praedictus posset audire in Oratorio privato suæ domus, &c.) non excusabitur. Fatoe interim graviori causa requiri, ut prohibeatur Religiosus, ne Cella ad Oratorium pro Missa, etiam associatus, si opus fuerit, accedat; quam ut prohibeatur secularis, ne ad Ecclesiam extra domum adest; si quod Superior prædictus examine ponderabit.

Periculum mali; Vbi, quid de amissione luci.

5. Tertiò, Excusabit omne justum, ac probable periculum notabilis mali, vel amissionis boni, sive timeatur damnum in vita, sive in honore, sive in bonis. Ita March. ibid. n. 29. Hinc excusantur agroti, convalescentes, prægnantes, peste infestam, vel bello vexatam Civitatem incolentes, quando sine notabili incommodo, iuratio prudens, domo exire nequeunt: Item mulieres nobiles, quando decenti vesti, suo statu accommodato carentes, extra domum eas esse non datur, nec occulte eas exire posse conceditur. Præterea matres, nutritrices, quæ nec relinquerent possint infantes, nec propter magnos vagitus possunt eodem ad Ecclesiam adducere. Similiter quæ domo excedunt, cum gravida sit, propalaret suum lapsum. Item itinerantes, cursoriæ, ex eo etiam capite, ne amittant socios, vel viatum quætores, vel quando urget periculum latronum, vel quid simile notabile incommode. Mulieres insuper, quæ ob mariti zelotypiam, si è domo contra viri voluntatem excent, timent rixas, perturbationes, notabile malum. Item famuli, quin si Dominis parent, aliquod sibi damnum timent: sed certe de alio Dominus: si tunc famuli prouideant, si possunt, quando ex consuetudine eos ab auditione facti Dominus avertit. Denuo Custodes Gabelarum Civitatis, messium, vineæ, gregis, vel domus, quando propter Missam dubitant de futuro, &c.

6. Quod mihi contigit, cum Collegij Montis Regalensis Praefecturam gererem; ut lectorum à seria lectio tantisper avertantur, breviter enarrabo: Emerat Collegij procurator, ut stabulo provideret, ex area cuiusdam coloni non paucas paleas mensuras. Interim ergo, dum paratur mulio ad eas asportandas, incidit dies festus: quare à me procurator exquisivit, an rusticus noiter, quem ad paleas custodiendas adduxerat, coligandus esset ad Missam audiendam. Ego fave religione Sacri ratus, sive damni fecurus dixi, custodi indiceret, ut sacro interesset; Addidi tantum præceptum mihi videri non esse transgrediendum propter eas paleas, quævis non exiguæ pretij, quæ difficulter, immo vix furio erant obnoxia, præterim intra tam modicum tempus unius, vel alterius horula, quæ in itu, reditu, Missam que consumenda erat. Ita igitur factum est: Verum, quid deinde est consequuntur? Eo temporis momento, quo longè absuit custos ignis repente nescio, è quo vicino loco casu accensus, in aridas paleas incidentes totas incendit, ita ut cineres per aream suffusos, non jam paleas, immo ne palearum quidem pauculas reliquias invenerit, regressus ad custodiam post Missam famulus, qui statim me convenit, de infortunio docuit, factoque

ipso me monuit, ne multum difficiles, sed verd prudenter in similibus se exhibeant Confessarij.

7. Sed redeo ad difficultatem posteriorem indicatam in titulo: An Missa omitti possit sine culpa die festo, propter lucrum, quod mihi cessaret, si Missa ad similem Communis haec mihi videtur questione? An in eodem die festo propter lucrum notabile, possit qui operibus servilibus vacare? & ut affirmative de ea respondeamus infra, cap. 3, §. 2, nup. 8, sic & affirmative propter eandem rationem de hac erit sententiam; rationem utriusque doctrinæ ibidem proficiemus.

Charitas.

8. Quartus, Excusatus titulus charitatis: ut quando non potest quis Missa interesse, & inservire possit, qui vel periculum subire, vel medicamentis opportuno careret tempore; vel solus relictus labore, animique anxietatem patetur. Ad eundem titulum reducito, si quando scemina sciens se ardenter amari a juvenc. qui praesto est in Ecclesia, Missa absinet; excusantur enim propter charitatem, ne scilicet labatur proximus. Ita Suar. loc. cit. 6. §. quartum caput: licet a Joan. Sanch. in select. disp. 37. n. 2. & 8. & disp. 22. n. 26. fin. Diana part. 5. 1. 7. refol. 22. citante Granad. hanc non excusati sciens; qui propter scandalum passivum non sunt omittenda opera pracepti) puto tamen illam non teneri ad ejusmodi Missa omissionem; quia potest sequi hanc posteriorem sententiam, quæ certe probabilis est; & ex alia parte hoc non est scandalum datum, sed acceptum, quod homo non tenet virate cum tanto detimento amissio- nis missæ. Ita Suar. ibid.

Consuetudo.

9. Quintus; Consuetudo introducta excusationem meriti assert: Ejusmodi est illa, quæ mulieres post partum, habitamque ex parte salutem, aliquot dies se domi continent; & quæ filia, vel uxores, sororesve ob defunctum domo non egreduntur; in que certe consuetudo patriæ, præsertim in ejusmodi dierum numero decernendo, est attendenda. Pariterem modo excusantur in Regno Neapolitano, præsertim Aquilæ, virgines nubiles, quæ nunquam exunt è domo. Ita March. loc. cit. aum. 12. quæ quidem consuetudines essent prorsus extirpanda sed donec ab Episcopis tolerantur, non videntur esse damnanda.

Peregrini.

10. Sextus; Excusantur iter agentes, & Peregrini, qui transiunt per locum, vel in locum se conferunt, in quo celebratur festum de pracepto, si in loco sua habitationis festum ejusmodi non celebretur: Respondeo, ij, qui sunt in transitu præcipio, v.g. vel ibi pernoctando, etiam una, vel altera nocte ibidem hæreant, non obligantur audire Missam. Ita Coninch. quæf. 49. de Euchar. art. 4. d. 3. num. 114. Contra, si ibidem permaneant per maiorem anni partem, obligantur. Ita idem ib. 4. 715. lego Sanch. de matrem. lib. 3. d. 18. & in dec. lib. 1. cap. 12. Fag. 1. Eccl. præc. lib. 1. cap. 7. num. 3. Suar. tom. 1. de Relig. tr. lib. 2. cap. 24. Ratio utriusque est, quia omnes tenentur legibus Communis, cuius sunt partes; at in priori calu partes non sunt ij, qui jam modico tempore in ea Communitate permanent; sunt in posteriore: Quod dictum est de Missa, dictum est propter paritatem rationis de faciendi operibus servilibus & de jejuno: remoto tamen scandalum quod in his contingere posset.

11. Quid, si nec maiorem anni partem, nec una, vel altera nocte, sed per octo, decem, viginti dies ibidem peregrinus commonaturus sit? Respondeo: Missa satis fuit præscribere illos duos terminos, sub quibus certò urget, vel non urget obligatio: ceterum in casu nunc proposito Joan. Sanc. n. 4. in select. disp. 5. 4. n. 31. citans Thomam Sanchez, aliosque, docet non teneri, dummodo is non maneat, seu non habeat animum ibi manendi per maiorem partem anni. Ratio est sèpè dicta: quia pere-

grini non tenentur legibus loci, per quem transiunt vel in quo per modum hospitij reperiuntur. At Suar. tom. 1. de Relig. tr. lib. 2. cap. 14. n. 7. diligit apud Joan. Sanch. estatus; docent teneri, quia secus nimis concederetur peregrino; nam etiam per quatuor, vel quinque menses non tenetur, eo prætextu, quod ibi non remaneat, seu inanere noslet pro maiore parte anni.

12. Afferamus aliud opositionem: Si enim contra, in loco sua habitationis sit festum de pracepto, non sit autem in loco, quo per transitum accedit, teneberis me ante discessum audire sacram; Respondeo, Si pridie gredieris à tuo loco, non obligaris. Ita Coninch. ibid. n. 109. fine. Ratio est, quia exendo ex loco, ubi aderit praecipuum, illud à te ex eius (neque enim leges particolares obligant extra Territorium) etiam de industria, ut non audias sacram, ut non jejunes, ut servilia opera exerceas, ab eo loco discedas: fugis enim si legitime legis onus, sicuti ij, qui dispensacionem perunt, non verd violas. Ita Doctores passim apud Castr. de legibus, tr. 1. d. 1. part. 2. 4. §. 5. At difficultas est, si codemani, velit quis exire à loco, ubi praecipuum urget audiendi sacram, & in locum, ubi non urget, pervenire. Nonnulli, ut Goninch. ibid. num. 106. Suar. ibid. cap. 13. num. 9. & 10. Casil. Pont. lib. 5. de matrem. cap. 8. num. 6. docent, obligari Missam audire; quia ante proficiendum jenerat praecipuum strictrum; ergo, si ejusmodi obligatio non satisficit, perveniendo ad locum, ubi non est festum, peccabit, cum suam obligationem non adimplat. Nonnulli resolvunt, non obligari, etiam de industria modo dicto h[ab]it faciat, dummodo ad locum, ubi non est festum, pereniat ante ultimum sacram ibi peragendum nempe ante meridiem: Ita Sanchez loc. cit. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 8. Salas, Joan. Sadeh. quos citat, sequiturque Castro Pal. loc. n. 8. Ratio præcipua est, quia in proprio loco poterat differre auditioem Missæ usque ad meridiem, sit cum est: cum igitur discesserit, inque illum locum pervenieret intra illud tempus, in quo nulla est obligatio, poterit se illius loci moribus conformare, & à Sacro, ut etiam à jejunio, atque abstinentia servilium se liberae. Utramque sententiam ut probabilem ample- dimitur.

13. Si in tuo territo, si servatus festum peculiare v.g. S. Rochi, & in alieno territo servetur aliud festum peculiare, v.g. S. Hyacinthi; si te in alienum hoc territorium transiunter ante meridiem transferas, non obligaris probabilitate audire Sacrum. Sic Joan. Sanch. dif. 5. 4. n. 3. circa fin. contra Thom. Sanch. & Granad. ibid. cit. quia non ex vi legis sui territorij, si quidem jam exsti ab illo, & leges peculiare extra non obligant; nec ex vi legis alieni territorij, quia ibi tu es peregrinus, ergo, &c.

Confessio mortalium Sacramentalis à te facienda.

14. Vagi, hoc est, qui nullam certam habent habitationem, donec vagi sunt, non tenebuntur audire Missam in festis particularibus Civitatum: Sic Joan. Sanch. ibid. num. 34. alios citans; quia jam non sunt ibi commonorantes per maiorem anni partem, juxta dicta num. 11. ut supponimus. In festis particularibus, dixit nam in universalibus Ecclesiæ; eos teneri nulla est dubitandi ratio.

Confessio mortalium Sacramentalis à te facienda.

15. Aliena dixi, à te, nam si, ut fiat à moribundo confessio, tu Sacerdos omittas Sacrum, si tempus alius non suppetit, te exenfari à Sacro non est dubium ex dictis n. 8. sicut nec est dubium, te obligari, si tempus suppetat.

16. Dixi tunc (mortaliter) nam cum confessio ve-

nialium, quod etiam reducuntur mortalibus, alia absolta,

non sit de pracepto, Missæ autem auditio de pracepto sit, non poterit relinquere Sacrum de festivo, ut illa con-

ficiatur.

17. De mortalibus igitur alias non absolutis, est que-

stio. Et quidem Suar. tom. 3. in 3. d. 88. s. 6. vers. septimum caput: neque confessionem hanc, neque concionem pu-

rat, esse excusationem aptam ad omittendum Sacrum,

etiam

non verò inobseruantiam. Idem ergo in casu nostro.

7. Dico secundò, non posse quempiam impedimentum ponere eodem die festo, vel festi proximo, quo posito, non valeat interesse sacro. Ratio est, quia eodem die, vel tempore proximo, quod moraliter, & humano modo ad *audire* diem perinere videtur; urget præceptum, & consequenter obligatur fidelis tollere impedimenta executionis præcepti per se obstantia; qui enim obligatur ad finem, obligatus ad media per se, & proxime necessaria ad illum consequendum; ergo multò magis obligabitur ad illa impedimenta de novo non posse: quis enim non censeat, te nolle audire Sacrum, & non obediens præcepto, si eodem die à loco, ubi Missa adest recitas, atque ad alium, ubi nulla invenienda est Missa, si neccesitate te conferas: Ita nos *Opus. 3. de Sacra Miss. cap. 6. §. 1.*

De his duobus dictis fusè Diana p. 10. rr. 14. *resolut. 1. r.* ad meam sententiam. Loquitur autem ipse de ludente pila, ut sic defessus obligetur jejunare: *Scio Januarium p. p. resol. 53. & 54. dicere.* Ludo defatigantem, vel pharmacum sine necessitate sumendum in die jejunij, non peccare, non jejunando, etiam ad finem non jejunandi ea suscipiat, tio, inquit, id, sed certè ejus rationes ad libram expensas probabiles, nequam apparent.

8. Adhuc ramen vellicat me quidam scrupulus; quantum propinquitas desideratur, ut judicetur impedimentum esse possum tempore proximo ipius diei præcepti; atque adeò, ut sic censeatur moraliter esse possum in eodem die, quo urget præceptum, de quo loquitur in hoc num. 7. non verò censeatur esse possum antecedenter, de quo num. 6. loqui sumus.

Præviso carende Missa an obstat venatum ire cupientem.

9. Id expeditius explicabitur, si proposuero casum, de quo olim fuerunt interrogati duo quidam ex nostris Patribus, dum ego in eodem, quo illi, collegio adolescentium versari, meoque more jam tum omnia ferre similia ad futurum tempus, etiam scripto reservabam. Quidam ex congregatione nobilium selecti adolescentes, ad feras in remoto nemore venandas se egredi posse, ut sit, ex compacto decreverunt; quo in nemore opportunitas audiendi sacrum di festo ne quamquam susceperebat. Agebatur autem dies Veneris illius hebdomadæ; & die consequenti iter arripare cum ingenderent, interrogaverunt à Patre fidalitatis Prefecto, an illis id licet, quan- doquidem fore prævidebant, ut die Dominicæ instanti, in eo loco Ecclesiæ remotissimo, Missæ non essent interfuturi: Responsum: Pater, sine culpa licet, quia nunc (aiebat) hoc est, die Sabbati, non est in præcepto auditus Missæ; die autem Dominicæ propter remotam ab Urbe distantiam, exequatio aderit fatus legitima; potestis ergo uti hodie vestra libertate egrediendi, quod libuerit. Prefecto, si vobis ad venandum hoc die proficiendi venia non detur, nec simili die concederetur voluntario Peregrino posse iter prosequi, vel suscipere; ne meritorii diviti posse navem conscendere, & à portu solvere nec Dominus nulla necessitate oppræssum ad sua prædia diebus festum immediate præcedentibus se conferre: quia ramen, & similia Fidelibus interdicere, durum est, & rigorosum nimis. Hæc ille. Verum, adolescentis quidam ex illis, paulo ceteris religiosior, hujus Patris consilio non acquiescens. Patrem Rectorem ejusdem Collegij, quid de hoc ipse sentire, interrogavit: qui nequam licere respondit. Addiditque rationem quia, quamvis die Sabbati (dicebat) quando paratur profectio, non apparet præceptum; instat tamen, atque in proximo urget, & consequenter adest præceptum moraliter. Nam fac, velle quempiam exire ab Urbe una hora ante medianam noctem, que diem Dominicum præcedit, nullus non illum reum faciet præcepti; quia ita est in proximo tunc præceptum, ut moraliter adest censeatur: sed etiam moraliter adest censeatur die præcedenti, id est, toto Sabbato: ergo pariter reus est censendus; si

tunc

tunc exeat. Illi autem iter agentes, mercatores, similaresque, certe nec excusari deberent; communiter tamen excusantur, quia ad obligationem non attendunt, beneaque fide procedunt. De hac Responsione Rectoris admonitus Patre congregationis, versa res est in disputationem, altero negante, concedente altero, qui fatebatur quidem moraliter censeti adesse praeceptum illa hora una, vel altera ante medianum noctem, negabat, toto die Sabbati; idque propter sufficientem distantiā à die Dominicis, praeferunt in hoc praecepto, quod non iudicatur tam rigorose recipiendum; ut ex praxi, qua propter tot capitula fideles ab eo excusat consuevimus, perspicuum est. Et hæc quidem illi Patres. Sed ejus sententia professori juvenes annuntiavit, ignorari: illa duo scis, & utrumque Patrem probabiliter esse loquuntur; & quænam, hac in re propinquitas, vel distantiā, ex gravitate, & rigore præcepti, ex prætimoratorium, ex operis necessitate, utilitate, honestate, & ceteris similibus, iudicio prudentis, ut *Opus. 3. lib. 2. c. 6. s. 1.* fecimus, esse judicandum. Quod quidem iudicium, cum diversum ex variis causis esse soleat, ut fuit in *Proposito* casu; mirum non est, si frequenter idem casus diversimodè à diversis, probabiliter resolvatur.

C A P U T III.

De Abstinentia ab operibus servilibus
die festo.

§. I. Quænam sint servilia.

1. **O**pera propriæ servilia, quæ sub mortali in diebus festis verantur, ea sunt, ad quæ deprimant servi, atque exerceri à liberos nequaquam solent, & immediate in corporis utilitatibus fieri, ut plurimum consueverunt. Ita *Suar. 1. de relig. 17. 2. lib. 2. c. 3.* *Castr. Pal. 1. 2. d. unica, de obseru. fest. p. 1.* Hujus generis sine dubio censentur, arare, fodere, serere, ligare, lapidesve cædere, fabricare, & universaliter opera artium mechanicarum exhibere: liberalia sunt ea, quæ ad artes liberales pertinent, atque à liberali exercentur, & immediate referri, ut plurimum solent, ad instruendam mentem, seu ingenium; qualia sunt, dare consilium, concionari, studere, docere, discere, cantare, organa mulica pulsare, chorreas agere, dgladiari, vulgo (schermire) Bellum gerere, &c. Ita *Laym. lib. 4. tr. 7. c. 2. n. 6.* citans *Molinam*, & *Besarium*. Inveniuntur & alia tertij generis, quæ sicuti sunt servis, & liberalis communia, ut iter facere, venari, piscari. Vide tamen quæ dicam à n. 8.

2. Jam verò certum sit primum, servilia esse prohibita liberalia, & communia, non item. Patet ex illo *Levit. 28. Omne opus servile non facies in eo*, quod ab Ecclesia receptum jam est olicet, de feriis.

3. Certum sit secundum, servilia, tametsi non sunt proper lucrum, esse prohibita; quia adhuc sunt servilia, prohibitio autem non est nisi de ipsis operibus; quare parum facit, an ob lucrum exercantur, an vero gratis: contraria, tamen liberalia, tamen communia, si sunt ob lucrum, non propter ea prohibitio sunt obnoxia, (idem si sunt ex officio) quia spes lucri, vel ea facere ex officio, non transferunt opus ex se liberali, in servile, studere, v.g. sive ob lucrum fiat, sive gratis, suam operis liberalis naturam semper retinet.

4. Certum sit tertium, si quid facias ob finem moraliter bonum, v.g. ares ad sublevandos pauperes, ad reparandam Ecclesiam, &c. te non extrahere opus servile à suis terminis, & in liberali transmutare. Quamvis enim interdum opera servilia ob talen finem liceant diebus festis, id non est, quia induant rationem operis liberalis, sed ob alias rationes infra expendendas.

5. Certum sit quartum, in hac re maximam habendam esse rationem usus, & consuetudinis: potest enim usus

quæ artes pro servilibus habere, & consequenter eæ veritas esse diebus festis; & contraria. Servitus enim, & ignorabilitas operis primæximæ ex existimatione hominum comprobatur. His iactis fundamentis, in illis operibus, quibus aliqua dubitatio de ipsatum conditione exsistat, est, tantisper immoremur.

Transcribere.

6. **L**icet die festo transcribere, Ita *Pelliz. in man. Reg. tr. 5. 6. 4. n. 2. Laym. lib. 4. tr. 7. c. 2. Sanch. 1. 2. 1. 5. d. 11. *Castr. 1. c. n. 4. & 5.* sive enim gratis, sive ex mercede, sive ex officio, sive alio modo fiat, semper est opus liberale: quia non differt ab ipsa actione scribendi; & Romæ passim copista, die festo sine scriptu, sive hoc manus obœcum publice.*

7. **H**inc & licet Brevia, & Privilegia transcriberem, libros corrigerem, sive id fiat delendo lineas, sive superposita charta conglutinatæ; id enim quamvis videatur servile, est tamen accessorium, quando per accidentem ab ipsa corrigitur: sicut etiam Typographo licet characteres ordinare, seu componere; non autem *Torculari* exprimeri, quod certè servile est. Ita *Homobonus*, & *Layman* apud *Dianam p. 4. tr. 4. n. 6.* licet denique computare mercem, & illam solvere operariis, ratione dati, & accepti facere, ac transcribere; & non enim haec sunt servilia. Ex his disce similia.

Quid de scribendis, vel exscribendis notis Musicis: Respondeo. Id pertinere ad artem liberalem Musicæ; atque adeò, non esse diebus festis prohibitum, nequam ambiguo. At lineas iidem notis subiectas, feriis, & per se duabus non permittit: id enim mechanicum quid est, & apparatus ad scribendum, non verò est, scribere; nisi forte per accidentem interdum fiat, quando nimis eas designare necessarium videatur ad præsentes notas describendas.

Pingere, Venari, Piscari, Sculpare.

8. Concedunt non pauci, die festo imitari, seu retrahere exemplaria, item designare, item feminis aëadem Exemplaria excipere, item discipulis Pictorum aliquid ad discendum delineare: hæc enim (aiunt, & quidem rectè) ad ingensum exercendum magis, quod est quid liberalis; quam ad operandum referuntur. Ita *Castr. Pal. 1. c. n. 7.* alioquin apud ipsum; sed de ipsa absolute pictura sicut docere prædicti Doctores nequaquam audent. Brevis artit mihi sententia *Laym. lib. 4. n. 7. c. 2. n. 2.* cui addit *Sæ v. Festum. n. 5. Pelliz. tract. 5. cap. n. 25.* alioquin apud *Castr. Pal. 1. c. n. 6.* qui, cum dixisset, Pictores contendere, suam artem unam esse ex liberalibus; conclusi, esse probabile, pingere sine magno apparatu liere de festo: non enim enim pingere, liberali est, ipsi scriptio simillimum: nam perinde color in pictura, ac atramentum in scriptura, ex vase in telam, seu chartam artificiosè deponitur, & quad operationem ipsam materialē, qua ab hoc præcepto possimmo recipiunt, & præbhetur; parum facit, quod pictura intendat rerum imagines exprimere, scriptura autem internos conceptrus.

9. Sed urge terupulus: quisnam est ejusmodi magnus apparatus: Puto esse eum, quo conteruntur, seu miscentur colores, edolantur tabule, gypso parantur tela, efformantur penicilli, &c. hæc enim vere famulorum sunt ministeria; & certè idem est in venatione, vel piscatione: quia quamvis hæc licet ex se exercant die festo; tamen, si aliqua intermissione propriæ servorum, non exercerentur licet. Ita *Layman. loc. cit. n. 6. Diana p. 4. tract. 4. refol. 2. 2. 2.* lege *Castr. lib. n. 8.* ubi multi pro hac sententia citantur, Azor, Sæ, Bonac, &c. Hujus generis est reficere ex proposito retia, componere feriis armamenta, escas, hamos, nastas, principaliter compingere; immo, & eadem magna retia, quas *Sciabicas* vocamus, magno nisi, & pectorum labore, longo tempore atrahere, & similia. Vide infra, §. 2. n. 23.

10. Quid de arte sculptoria? Respondeo certe hanc

hunc esse servilium puto, sive sculpas, statuasque fort. &c.
mure, sive glypo, cerà, creta, metallo, vel simili: Ita
Cato Pal. d. dis. 1. p. 7. peccatum enim hoc ad veras
artes mechanicas, sicutem sic interpretante usu hominum,
pura dicta supra, n. 5.

Iter facere.

11. Sive id pedibus fiat, sive equo, sive lectica ab ho-
mibus, equiique portata, semper licet, quando etiam
omnia itineri necessaria differri possunt: quia sunt itiner-
i necessaria Ita Cato Pal. l. c. m. 12. alisque ibid. cit. Bon.
de decr. d. 5. q. unica, p. 2. n. 25. Quid de bestiis, ac cur-
ios similius? Respondeo. Sententia Surius de Rel. 1. tr. 2.
l. 2. n. 7. est, absolutu non licere: quia onera levando, &
imponendo, quia servile, & laboriosum est, sive loqua-
lum de Milionibus, atque Agasibonius ex officio, sive de
quibusunque alius. Dixa (abolutu) nam proper necessi-
tatum futu itineris, vel propter publicam utilitatem, vel
de Agafon ex officio cogantur vacare omnibus festis
cum tuo notabilu documento, exculcabitur. Saltem, quan-
do bona fide ejusmodi iter incepert.

12. Sed bene adverti Diana p. 3. n. 15. ref. 36. quia re-
pliciter ejusmodi labor soler esse modicus (ecce modo
nisi his das horas, quae est, ut dicemus, parvitas tem-
pore in hac, perdurabit) non est cos sive itci conti-
nent, sive incepunt, de mortali culpa, damnatos, audir,
i. sequitur Misericordia, si aliunde non adiut excusatio.

Mol. Voi, de cooperatione cum operibus servilibus
Infidelium, vel animalium.

13. Licetne in diebus festis uti molendinis, non solum
equilibus, sed etiam iis, quae animalia solent obvertere?
Respondeo, ex necessitate, vel consuetudine, quae facilè
suum in hoc opere poterit, non est dubium licere. Sed
huius praeceps puto ditinguendum. Nam si cooperari cum
huius rationis experibus nullam, vel modicam habet applicatio-
nem, sive puto, si notabilem, nequidam. Ratio
est, quia ea applicatio; seu labor servile opus manifestè
continet.

14. Id, si fallor, docet Sanchez 1. 5. conf. c. 2. A. 13. cum
enim querat, an fit licetum in festis molere, afferatque
Abolumen c. 11. Exod. q. 38. omnia id condentur. Nam
tangam illictum, sic distin, quando resoluti: licetum
quidem esse in festis molere mola trusatili, id est, mola,
qua circumagit aqua, vel vento; non autem piltrino,
hoc est, mola, que ab animalibus circumfertur. Ratio est,
inquit, quia in piltrino habetur magnus labor, & occupa-
tio; in trusatili minimè. Ex qua doctrina d. o. colligo.
Primo, si in molendinis animalium, quos Siculi Centi-
miles appellamus, mola ducetur a quoque animali, tam
bene infundendo, ut sine notabilis hominis ministerio,
suum manus obliter, non fore prohibetur si molere die
festo: siquid nec animali id culpe verritur, quod est
rationis expers, & legibus minimè subditumque ho-
mini, qui si supponitur non notabiliter operari, sicuti non
notabiliter idem homo operatur in mola trusatili, ex
Sanchez, quando aqua cursum dumtaxat in molam deri-
vit, vel quid simili modicum laborat. Legi Filliūcum,
17. 2. 9. 10. n. 109. qui excusat opus tritillandi aliquid
simplex milium, in quo exigua corporis fatigatio im-
pendit. Quare vox, sibilo, strepitu animal excutere, vel
atram baculo identidem stimulare, videretur modicus la-
bor, non semel adverterit famulum, recitarent devo-
tissimè Coronam Virginis, his centimis facillimè præ-
fuisse potuisse. At sepius esset alligandus, vel solvendus
equus, si cum eodem male instrueto sepe incedendum
esset, si mola obvertenda non raro foret, & similia; nota-
bilis tunc labor intercederet, & prohibitus.

15. Sed hic insurgit non inutilis difficultas: Si ani-
manti opus servile injungere die festo ex dictis possimus
possimmo & infidelibus servis, Mautis, Turcis, Ethni-
cis, qui Ecclesia legibus non subdantur? Sanchez 1. 1. in
Dec. 11. num. 18. promittit se de hac re in tertio præcepto
tructum, quod deinde morte præventus in lucem non

edidit. Ego autem volui hunc modum conferre cum quo-
dam ex nostris docto, & diligenti Theologo, qui negavit
id nos licet; nam tunc ille infidelis servus labori in-
cumberet, ut instrumentum nostrum; quare nos convin-
ceremur in nostris servis laborare, adeoque nobis impu-
taretur servilis ille labor. Institi: At cur eidem Infidelis
possimus sine peccato subministrare catnes, ab ipso ut-
poterè legi Ecclesiæ non subditu, comedendas die, v.
g. Veneris; Sic Castr. tom. 1. d. 1. de lege, p. 24. §. 2. n. 11. alios
citans; Sanch. 1. 2. 14. aliisque, quia (respondit) in commo-
dum suum, & non ut nostrum instrumentum. Instituti tur-
sus, præter alia; ergo saltem possem Infidelis injungere,
ut laboraret die festo pro se, & pro commodo suo, con-
cessit ultra Theologus id posse.

16. Ve, solum, tametsi ipse infidelis ex se, sive in suum,
sive in alienum commodum sine peccato diebus festis
veat laborare, quia non subditus legibus Ecclesiæ
sunt; Fidelis tamen nunquam eidem poterit, sine culpa
ejusmodi laborem injungere. Ratio est, quia prohibitio
opertum servilium fundatur in illo Decalogi præcepto,
Sabbata sanctificare; at non dicitur, quis diem festum mo-
re humano, & morali sanctificare, si quamvis ipse quies-
cat, alii tamen, ut laborent præcipit. Certe si videris
Dominum præcipientem opus servile suis famulis, quam-
vis in pacatissima sede alias quiescat; diem festum ab
eo coli, & sanctificari nequaquam reputabis: signum igitur
est, non solum nobis immediate, sed mediante etiam
quocunque alio homine, (non quidem animanti ratio-
nis expertise, quod magis remere se ad festi sanctificatio-
nem habere potest) laborem servilem diebus festis fuisse
prohibitum.

17. Post hæc scripta, inveni hanc nostram sententiam
fuisse approbatam ab Antonio Fernandez nostra Societatis
in inst. conf. apud Dianam p. 3. tract. 1. 4. ref. 7. Facere
(inquit), quod meum mancipium Mairum labore die festo
non licet: & mancipium quidem per se, vel ex se laborare
licet potest: at in ordine ad me, laborare, in imperante, non
debet. Hæc ille. In candem validè propendet Merolla
tom. 2. d. 4. cap. 1. num. 467. qui tamen sic concludit: Hæc
omnia dicta sunt, non omnino affirmando, sed potius
dubitando. Quoniam vero scio Paulum Laymanti lib. 1.
tract. 4. cap. 9. num. 3. docete, perpetuò amētibus fas esse
opera servilia diebus festis imponere, quare idem con-
cessurus est propter parem, immo maiorem rationem
infidelibus, ut in terminis idem concedit Diana loco cit.
ideo non improbabil est ea sententia, præsternit, quia
rationes nostræ n. 16. allatae (fator) non sunt omnino
convincentes. Lege item Januarium p. pref. 57. con-
tentientes solvere argumenta contraria adducta à Merolla,
atque affirmant, licet nos infantibus, & infidelibus
jubere posse opera servilia die festivo, cuyus rationes in
eo fundantur, quod ille labor, ut est ab infideli, vel infan-
te, peccaminosus non est, ergo illum ipsis injungere, mi-
hi non est prohibitum.

Emundare Triticum ad molendum.

18. Solent famuli, & mulierculæ in nostris regio-
nibus antequam triticum ad molam destinant, Aud
cribris à crassioribus ramentis, lapillis, hordeo, Loliæ
purgare, deinde minutiore purgamenta manibus qua-
rare, legere, ac diligenter emundare. Quæstum fæpè
fuit, an hæc duo licent, præcisa semper necessitate, ac
consuetudine, quam certò in his adesse introductum
nondum possimus affirmare: Respondi, licetum non esse
cribro purgare, (nisi forte excusat parvitas materiæ,
qua certè facile hic adest, cum per brevi tempore, non
modica tritici quantitas cribriari possit. Ratio fuit, quia
id est proprium servorum, & ex alia parte id ad cibo-
rum usum, quos parari die festo licere concedemus
infra, satis remotum est. At verò frumentum cribro
eventilatum, minutius manibus expurgare non licet,
olim sine hesitatione putabant, quia militat eadem præ-
cedens ratio: at nunc animi pendo an ticeat; quia mo-
dicissima

R. IV

dicissima applicationis est ejusmodi occupatio, unde re-
creationis etiam causa ab honestis fœminis excipi soleret;
Cerrè Fillius modò n. 14. citatus, excusavit opus di-
stillandi aliquod simplex, vel mixtum, in quo exigua
corporis fatigatio impenditur: at exigua etiam impendi-
tur in tritico, per orionem emundando. Pari modo ibid. ex-
cusavimus à mortali, eum, qui molè bene intructa præ-
sideret in pistino; quia hæc modicæ appetet applicatio-
&c. Sed hæc dubitandæ causæ sunt dumtaxat dicta.

§. II. De Causis excusantibus & operando in
diebus festis.

Brevitas temporis.

1. **P**er duas horas vacare servilibus non esse mortale, est jam nostra ætate recepta sententia. Ita Diana p. 2. tr. 15. ref. 36. & p. 5. tr. 5. ref. 3. quia modicum tempus judicatur duarum horarum spatiu, comparatione viginti quatuor horarum. Apud Marchantium q. 1. c. 3. q. 2. apud Dian. citat. aliquis dicit etiam horas quatuor: Iple requirit tres ad mortale. Sed his, saltem ob communem sententiam Fidelium in contrarium, assentiri non debet.

2. Nota hæc Sanchez lib. in Dec. c. 4. n. 12. Bonac. mox citandus n. 3, non esse mortale, singulis festis per duas operari horas, quamvis animo fixum teneas id toto anno efficere velle, & de facto efficias. Ratio est, quia unius dies festus non adnatur cum alio, ad hujus materiae gravitatem efformandam. Non absimili modo advertit Bonacina disq. 5. de 3. Dec. p. 4. q. un. p. 3. num. 4. Pellizz. tr. 5. man. Reg. c. 4. scđ. 1. n. 8. aliqui, Dominum injungentes, laborem duarum horarum, viginti, v.g. famulis sumi, non peccaturum mortaliter; quia unius opus ne-
quaquam unius cum opere alterius: idemque erit, ex Portella in dub. reg. 3. Laborare, in additione, si singuli successivi per modicam horam in eodem die laborent, etiamsi uno post alterum laborante, totus dies occupetur, quia pari modo unius opus cum alio non connectitur. Contrà, peccabit mortaliter, si idem in eodem festo, diversis vicibus interpolatis, modicè quidem laboret, sed ita, ut non in ascenditum ad tempus notabile. Ita Sanch. in Dec. lib. 1. c. 4. n. 8. Portella in dub. reg. v. Fefli dies, n. 2. in addit. quia tunc diversa illa parva intervalla violata in eodem die conflant unam notabilem violationem: sicuti, si quis eodem die jejuni per diversa intervalla singulis vicibus modicè comedoret; jejuniū violaret, quando illa modica unita notabilem facerent commissiōem.

Divinus cultus.

3. Opera servilia immedietæ, vel propinquæ divinorum cultui servientia, ut crucem deferre, organa, campapæque pulsare, &c. exerceti in festo possunt. Ita Suar. Fag. Bon. Azor, aliquis apud Castr. Pal. tom. 2. d. 2. de observatione fest. d. unica, p. 10. num. 1. quia ex tanta propinquitate cum divino cultu, sufficientem concipiunt liberalitatem: & sanè præceptum hoc, quo divinis cultus attenditur, non debuit ea, que proxime ad ipsum cultum faciunt, prohibere. Altaria ornamenti vestire, templum vertere, parietes Ecclesiæ aulæs adornare, conficerre Hostias, &c. etiam quando potuerint die non festivo, probable est cupam nos esse mortalē, si die festo fiant; idque propter aliquam cum rebus Sancti propinquitatem. Ita Toflet. lib. 4. cap. 25. Suar. tom. 1. de Relig. træt. 2. lib. 2. cap. 22. num. 11. At arare, ligna cædere, lapides ferre, etiam ad Ecclesiæ adiudicandam, &c. nequamque fieri, prætextu, quod hæc fiant pro Ecclesiæ; ex Castro Pal. loc. cit. num. 1. fine, Bonac. apud Dianam p. 3. træt. 3. ref. 8. remotè enim cultum divinum respiciunt, & consequenter non iudicantur sanctimonian, liberalitatemque sufficientem participare, secus omnes Rustici, omnésque famuli servientes Ecclesiæ, non tenterunt servare festa; quod est inauditum, contra Sæ in editione gen. v. Festum. n. 14. ubi sic excusantur laborantes pro loco pio, aut publico, in expurga hoc expulsum fuit.

Quid hæc in re fieri ob paupertatem Ecclesiæ licet mox dicam à num. 14.

4. Fagius et al. Ecl. præceptio, lib. 1. cap. 1. 4. num. 4. Pelizz. in man. Reg. træt. 8. cap. 4. num. 20. docent præparatæ vias ad processiones licere sine mortalitate; sed esse tantum veniale, si pridie parari possint; at tabulata ad candom processione, v.g. videtur, licet, si pridie constituta propter obliuionem, vel propter alia legitima impedimenta horum portuerint, licet die festo construuntur; quia ita concedit & hæc nunc cultus divinus: tamen ex lege peccatum mortale esse, scientes differe in diem festum, quia de sé talis actio, se vilius omnino est, & multum à se facra distat, & remotioris sic viam parare, id enim est magis coniunctum cum divino cultu, quædam dicta Tabulata compingere.

5. Ex qua doctrina infero. Sepulchra Christi Domini pro hæc doma Sancta, & præsepio ejusdem pro diebus sicut Natalis, & moles artificiosas ad expoundam in iis Divinam Eucharistiam, & Cœnam ad representationem sacram, licet colloccari in Ecclesiæ, saltu sine mortali posse die festo: etio cum veniali, si potuerint antea: non posse eadem fabricari, vel arcus triumphales, &c. vel Pyras igneas, & similia construi. Ratio est, quia illa excipiantur præparationi viarum, cum habent aliquam propinquitatem ad res sacras: hec similia sunt tabulari, qua se satim remotè ad res sacras referuntur; tamen intellige, præcisa necessitatem, qua faciliter tunc in tabulari, tunc in his inveniri potest, quando nimirum, ut modò dicitur, non potuerint die non festivo illa fieri, vel certe bona fide prævisum id antea non fuit, vel tandem adiutum dispensatio, de qua mox sicut loco.

Diximus n. 3. de ornandis Templis, sed quid de iisdem ab ornatu spoliandis: & hoc abstrahendo ab alia necessitate, ut esset notabilis obligatio statim reddendi ornamenta, caretia corunt, qui posent id efficiere die sequenti non festivo, &c.

Puto, in hoc casu non posse duci excusationem à culto facio, sicuti diximus in casu, quo idem Templum ornatur. Ratio est, quia ornare ad sacram cultum aliquo tandem modo propinquè pertinet, ut ibidem vidimus. At ornatum auferre, non ita, cum potius id dirigatur ad eos ornatus astringendos, quod sacrum quid non est.

Necessitas corporalis.

6. Quia præceptum, de quo agimus, non est interpretandum rigorosè, sed benignè, & moraliter, ut ex ipso Fideliter colligimus; ideo quilibet non modica, sed necessariè maxima necessitas, excusabit à culpa eam, qui die festo opera servilia peregerit.

7. Excusat ergo necessitas corporalis propria, vel proximi, vel Reipublicæ: Hinc pauperi ad se, suosque alendes conceditur (auditæ Misæ, & sine scandalo, quod in sequentibus etiam semper intelligitur) arti servili cuique vacante: immò tanta potest urgere necessitas, ut is possit etiam Misam relinquere. Hinc licet cibos sibi coquere, panemque necessarium conficerre, ac fructus ad quotidianum usum colligere. Dico (sibi necessarium ad quotidianum usum) nam prætendendo ab his, quid sit sentiendum, mox n. 9. afferam. Hinc serere, arare, vendimiam facere, metere, messem colligere, quando est probable periculum pluvia, vel alterius impedimenti, omnino licet. Hinc Sartori, vel cuique licet vestes suere, quando bona fide absolvit diebus feriatis non possunt, & eas ad usum expectant, qui suendas dederunt. Hinc Chirurgus, vel Pharmacopola, vel quilibet potest medicamenta componere, vel aliud facere; si tunc infirmus iis indiget, nec commode, prudentis judicio, compositio, vel alia quæpiam res transferri, aut præteriti potest. Sit autem ex Suarez tom. 1. de Rel. træt. 2. lib. 2. de diebus festis, cap. 32. num. 6. hoc iudicium benignius, si agatur de salute proximi, quædam si de tua, quia in tua est periculum amoris proprij; in aliena, facilius à charitate dirigeris: Hinc in solemnitatibus etiam sacerdotibus

litteris licet vias parare, & locos pro spectaculis videndis
adsumere: publica enim feda, & publica lætitia redu-
cunt ad utilitatem Reipublice: id quod est aliquantum
benignus, quia modò diximus ex Fagundez n. 4.
Hinc Ferratii ferræs laminæ equorum pedibus impo-
nentes, excusantur ob necessitatem itæ facientium. Sine
accusatione igitur hi Ferratii sunt condemnandi, nisi ex-
clusi parvæ laboris: nam ex se opus est nimis mani-
feste levile. Hinc excusantur coquentes lateræ, galem,
væcum, quæ vel cum dextramento coctio interrum-
petur, vel decrémentum est, si expectari dies non felti-
cuntur, & coquendū deberent. Hinc ne aliquod damnum nota-
bitur, quæsi patitur, poterit laborare, exemplumque poni-
tur de familiis, quibus concedimus laborare ob timo-
rem à Domini finitum, & ita cogantur pauperes
ut pli: & quævis ipsi Domini laborem imgerant, à
ceteris nequaque immunes sint. Adverti dñeque Suar-
ez loc. cit. n. 1. si quando aliqua opera servilia pridie
fieri poterant, sive cum culpa, sive sine culpa, tunc non
fiantur post, si sint necessaria, in die festo, & quia tunc
non est calus necessitatis, à novo peccato excusans. Sed
genitam etiæ sequentes difficultates.

Spes lucri.

8. An scuti damni gravis timor robus concedit opéra
levitatis, & concedat spes lucri notabilis; & scilicet si sunt
ne amittant vindemiam, possim die festo eam facere, &
cum possim vacare labori, quo notabile mili lucrum
conqueram. De extraordinario lucro seruorum faciuntur
cum feci liber artifici pro mercede diuina integrum
delaborare, quod ex hoc pretioso capite ei nequaquam
concedi certum est. Respondeo, quævis Suarez l.c. 33.
& Calvo Pal. tom. 2. d. 2. c. 1. de Festis obser. p. 10. n. 3.
in sententiam esse negativam; tamen assitutum
sententiam esse probabilem. Ratio est quia ut no-
tare Diana part. tract. 15. Missell. ref. 34. sive, &
Sanchez in collib. 5. c. 2. dub. 19. notabile lucrum amitte-
re non grave est; Adde, non esse existimandum, piam
Matrem Ecclesiam vel obligari. Fideles ad rem oppido
diffidant, qualis est ob abitum servilium an-
tire centum, ducentos, mille podes aurores; quod certe
consequenter dicendum est. Semel probabilitatem
poterit sententia denegaveris: & tamen denique Pontifex
qui c. lxx. de Feris, concessit Halecum punctionem die
huius (excusata solemnia) sed non sub mortali, ut mo-
nat Sanchez in collib. 5. dub. 20. n. 4. quia certo agni tē-
pore nostra maria excurrunt, faventes Doctores Cajet.
Navan. Sotus, alioque apud Sanch. loc. cit. dif. 20. num. 5.
qui partite cum dictis Halecibus, punctionem. Tym-
panum eodem festo, ne magnus lucrum amittatur, con-
cedit. Scio hanc concessionem ab aliquibus trahi ad
affectionem, seu utilitatem publicam ne vicii commun-
ia ha desideri, & ab aliis ad dispensationem, nam pro-
tator isti. Pontifex imponit pectoribus; ut dent alii
quænam elemosynam pauperibus, vel Ecclesiæ viciniis:
verius, ad prædicti lucri necessitatem ab aliis probabili-
ter illam reduei, ne ullam ex præcepto, sed solum ex
diffidio dandam esse elemosynam, etiam scio.

Panis, cibi, Fruæ, &c.

9. Est ne legitime excusatio panes conficiendi, ci-
bæ delicatos parandi, fructus colligendi, animalia ad
victum occidendi, domum vertendi? Respondeo, cer-
tum est, has esse actions serviles; quare si nullam ne-
cessitatem importent, non est unde eas per se licere pro-
nunties: solum consuetudo excusat, & quæ facilè po-
nere introduci in rebus quotidie necessariis, quæque ubi
est servetur. Et certè panem conficiendi, animalia oc-
cidendi, fructus colligendi solum, ut recentiora, &
meiora, & cum abundantia habeantur, an adit absolu-
ta coniunctio, non audeo affirmare, cum Doctore Bo-
nac. 3. præc. in deo. d. 5. q. unic. p. 3. Castro Pal. Fagund. Lc.
Paris 1.

aliique passim ad aliquam ex supradictis rationibus sem-
per recurrent: Solum Castro Pal. 1. 2. dif. unic. de obser.
f. p. 19. n. 3. sic habet: Parantes cibum, & porum, tamet-
si superflus, & ad delationem, excusat, & confueridine,
namque hoc jam est introdulum; idque extensum est ad col-
ligendo, & eodem die, ut saniores, integriores sint,
& ad occidenda, & excorianda animalia, præcipue si ra-
tio aliqua, qualis est, cibaria non esse ita suavia, si alio die
disponantur, &c. Hac ille. Vbi vides ab ipso affirmari
has actiones concessas jam esse ex confueridine; nam
illud (præcipue) non restringi: sed addit majorum ratio-
num. Non sic loquitur de coquentibus panem; eos enim
solum excusat, si panis coctus non sit sufficiens, si con-
current opulae festivitatis, si denique coctus non satis
aptus sit. Atque aliquam ex his rationibus requirent
etiam in conficiendo pane, Fagundez, 1. Ecl. l. 1. c. 11. n. 3.
et Bonacina l.c. n. 9. Sanchez l. 5. conf. c. d. 18. n. 4. aliqui-
us intelligas, nondum constare, an adit consuetudo ab-
soluta de pane conficiendo.

10. Illud nota, parare cibos, etiam superfluos pro
ordinaria mensa: non improbabiliter doceri à Fagun-
dez loc. cit. n. 1. non solum per consuetudinem, sed per
ipsum legem concedi, quia nunquam fuit intentio Ec-
clesiæ, has tam ordinarias actions, in præcepto de ab-
stinentia a servilibus comprehendere.

11. Ex his colligo, parare pastillos esculentos, quos
Itali Maccharones appellantur, ut & ceteros ex farina
confectos cibos, quos Siculi Cuscusum, Gnocchitos, Vermi-
cellos vocamus, & frequentissimo usui habemus, ex se esse
opus servile, & consequenter in die festo prohibitum: ve-
rum erit totalis excusatio, si quando opus esset a publi-
cam abundantiam, vel si quando fierent à privatis, ut co-
dem die illa usi essent, tunc enim ad reducere ad pro-
prij viciis præparatiem: & denique erit excusatio à
mortali, si quando una vel altera tantummodo hora in
iis conficiendis consumeretur. Quæ est excusatio commu-
nis a parvitate materiæ.

12. Denique, ut domum verras, excusat persæpe pati-
tas materiæ, nonnunquam necessaria domus mundities;
quæ vel prævidere non potuisti, vel bona fide pridie ne-
glexisti. Sic l.c. n. 7. nam ceterum, ut dixi, nigris clarè opus
id servile est loc. cit. c. 11. n. 9.

Barbitonforis, Sutoris & Officium.

13. Barbitonforis. Primo, excusat a parvitate materiæ
quando nimis unum: vel alterum tondent; Ita Azor.
Say. Navarr. alioque apud Dian. p. 2. tract. 15. ref. 34. Secun-
do, ex necessitate rebus, vel alioru, quibus non con-
ceditur nisi diebus festis possit tonderi; sic Sanch. in conf.
lub. 3. c. 2. d. 21. n. 7. Tertio, ex consuetudine jam feita, tolera-
ta Prælatori, si quæquamvis certi sint aliqui Doctores,
aliqui tamè exprefse eam jam esse introductam affirmat
Ita Fernand. apud Dian. l.c. Quartò, ex lucro cessante non
ordinario: idem ib. si enim Barbitonfor diebus festis, suis
Patochianis neget suum laborem facile plerique relin-
querunt, cum notabilis luci jactura; Quæ ultima ratio mi-
litæ etiam pro Sutoribus, qui nisi calceos novos suis Pa-
tochianis imponat, ab ipsis facilè negotio derelinquerunt.

Pauperum sublevatio.

14. Excusabiturne quis à peccato, si velit die festo
laboribus insistere ad pauperes sublevandos? Respondeo,
si necessitas pauperis, vel Ecclesiæ alicuius particularis
ita notabilis esset, ut licet posset ipse laborare, posset, &
quilibet tertius: sic Sanch. l. 5. conf. c. 2. dub. 23. tunc enim
hic operator est instrumentum ipsius pauperis, vel Ec-
clesiæ.

15. Vérum nodus difficultatis, quoad præsum, est
gradum ejusmodi necessitatis agnoscere. Breviter ex Ca-
stro Pal. 1. 1. tr. 6. d. 2. de char. p. 2. n. 1. Nec sulas alia est
extrema, quando scilicet proximus probabili, & mora-
liter certo vitæ pericolo versatur. Alia gravis, quando
nimis.

nimirum proximus in periculo moraliter certo existit
gravis damni, sive in corpore, sive in honore, sive in bonis;
Huc autem pertinet, quando Ecclesia est nimis pauper,
ita ut non habeat necessaria ad cultum divinum, vel ad
sustentationem suorum ministeriorum. Ita Tol. in S. I. l. 4.
n. 25. n. 2. vide Fagund. 1. Ecc. prae. l. 1. cap. 1. s. alia de-
nique communis, quia scilicet pauperes communiter la-
borant, cui necessitati potest, sive pauper sive sua, sive
alterius ope, licet cum difficultate, succurrere.

16. Dico nam pro communi non dicere pro extre-
ma, & gravi alicuius certi pauporis, vel Ecclesie, licet
tibi in die festo mechanicis artibus operam dare in
quem diem si incidet praeceptum de jejuno, dico te
posse licet etiam tum laborare, & sic a jejuno do ex-
fatur. Lege Fag. ib. num. 16. 19. Ratio est, quia festorum
ut & jejuni obseratio, praeceptum sub gravi praecepto
quod non est probabile vinci posse a qualibet communi
proximi necessitate, secus passim omnes dies festi, &
jejunia omnia violarentur, cum passim ejusmodi nec-
essitates occurrant: at ab extrema, vel gravi vincitur, sal-
tem tacite Ecclesia consciente. Certe ex communi senten-
tia, apud Castr. tom. 1. tr. de charit. d. 2. p. 9. n. 1. ad nec-
cessitatem extreami proximi ful. 1. v. 1. 1. ad
vitiosum surripere; & ex multum probabili, etiam ad gra-
vem, ita ut tunc minimè obliget praeceptum de farta
non committingo; multò ergo magis non obligabit
praeceptum Ecclesie ad abstinentia a servilibus, & a ci-
bis. Ita idem Fag. l. c. 6. citans Suar. Navar. Toletum,
& alios.

17. Ex his collige rationem consilij, quod olim de-
di Nobis, & que ac piissima puella hic Panormi.
Sciiscitata ea est a me, an diebus festis possit alicubi operi
servili suendi, vel vesti phrygias elaborandi vacare, que
post implerum Missa praeceptum otium falleret diei;
quem quidem diem alia ejusdem conditionis festina
in nugs, atque confabulationibus, ut interim alia ta-
ceam, vanè consumant?

18. Dixi sententiam esse Doctorum non ignobilis
note, licere ad otium vitandum aliquid labore die
festo: Ita Sylvester. 2. Domini. 1. quies. 5. conc. 4. marg. 3.
prae. f. 12. Suar. Festum num. 6. Pell. in man. Reg. tratt. 8.
cap. 4. fin. sed id negari verius ab aliis; Ita Sanchez lib. 1.
conf. cap. 2. d. 8. num. 13. Laym. l. 4. tr. 7. c. 4. n. 2. fin. alioquin
alii vni licetque operibus provideri otio potest; nec
tantum praeceptum pro caufa tam levi, negligendum
est. Excepitur dumtaxat ab iisdem Doctoribus, si quando
in orio dæmoni tentatio urgenter, ut labore ille succurri
posse tanto malo credere, quia certe in eo eventu ur-
geret boni spiritualis notabilis, gravissimas. Puel-
la hæc responsio nequaquam placuit: tum quia religio-
fissima erat conscientia, tum quia non quidem tenta-
tiones illas graves in hoc suo otio experiebatur, sed tan-
tummodo molestiam quandam, animique molestiam.

Dixi ergo iterum ipsam, immo & ancillas suas quen-
cunque laborem, auditæ Misæ, possit suscipere, quo ali-
quid laboraret, quod pauperi alicui Ecclesia, necessariis
ornamentis apud cultum divinum pertinentibus, parenti
conserarent, vel quo pauperi alicui peculiari, & expe-
riam, gravisque necessitatem patienti, auxilium præsta-
rent; tunc finis & ab orij. rædio se, sive ancillas
subduceret, & Deo ab doctrinam modo a latam ejus-
modi servilis labor non displiceret: Nota Lectio, me
dixisse (alicui peculiari) nam in genere pro Ecclesia,
vel paupere labore; cum in tali universitate non ap-
pareat urgens, gravisque, ac certa necessitas, non posse
die festo laborari, rædio adverterit Fagundez. 1. & ult.
præ. l. 1. cap. 14. n. 19. Porro acquevit huic consilio No-
bilis puella, non paucis agitatis summa necessitate
constitutis: suo festivo labore per maximam pietatem
deinceps alimenta festivæ suppeditavit.

Necessitas Spiritualis.

19. De hac per occasionem satis sit pauca modò
dixisse n. 18.

Absenti ubi celebratur Festum.

20. Si quis, ex Sanch. Suar. Fil. Navar. aliqui apud
Bon. 3. Eccle. præ. disp. 6. q. 9. n. 17. sive casu, sive
etiam cum intentione, laboret, exit a loco, ubi festum non est; ibi
dies festus accedit ad locum; ubi festum non est; ibi
dem posse cum servilia operari, nec per illam intentionem
peccare, & alia simili satis colliguntur ex supradictis,
cap. 3. l. 2. n. 10, quia nimirum is non transgreditur
præceptum, sed utitur iure suo, illius obligationem a
se executendo; illum locum recole, & tatis erit.

Conseruendo.

21. Hac est excusatio communis in omnibus pre-
ceptis, & legibus humanis; nam propterea solidum hic
aliqua consuetudines subdam circa nostram materiam
ab Authoribus approbatas; cæteras quiske explore in
Patria sua, inventasque custodias.

22. Cajetanus 2. 2. quies. 122. l. 4. & Suarez tom. 1. de
Rel. l. 2. cap. 2. 13. n. 3. cum doceant actiones coquendi ci-
bos, alioisque, quæ ad preparationem culinæ mensaque
ordinaria pertinent, esse de servile; addunt consuetu-
dinem tamen eas fecili jam licitas. Nota insuper Fag.
Eccle. p. 1. c. 1. n. 12. hinc hanc consuetudinem auctam
ad parationem ciborum artificialium, atque ad actiones
colligendicibus, occidendi, excoriandi animalia, quæ
quidem hac fieri antecedentes die potuerunt.

23. Toletus in sum. l. 1. cap. 24. l. c. Sotus,
lib. 2. de just. 9. 4. art. 4. ajunt venationes, ancupationes,
piscationes ene ex se prohibitas die festo, sed jam excu-
sari consuetudine, quæ videtur prævaluisse, scientibus
& patientibus Prælatis. Intelligo autem, si hæc sicut
sine magno apparatu, ut §. 1. num. 9. explicui. Et quam-
vis Suar. p. 1. de Rel. lib. 2. 28. n. 3. restringat consu-
edinem de piscatione, ad eam, quæ sit flumine, tamen
prædicti Doctores citati, cyp. cim. de Pictura, lit. ... qui-
bus addit Sanch. in conf. lib. 5. c. 2. d. 1. n. 2. loquuntur uni-
versim: Et certè, quando sit sine magno apparatu (ut
etiam piscari arundine quamvis ob lucrum, eadem ve-
detur esse ratio; sive in fluvio exercetur, sive in mar-
i.)

24. Fagundez l. c. c. 1. num. 2. cum docuerit actionem
delineandi imaginem, & lineas ducenti ad illam
potea pingendam; esse in sua sententia; nam in nostra
læxi dñi xiiii. supra opus servile, addit solum excusati
posse, vel ex parvitate materiæ seu temporis, vel ex con-
suetudine, vel ex eo quod illud non sit pingere; sed me-
moriar juvare.

25. Idem ibid. n. 22. cup. statuisset opus di gladiandi
esse opus mechanicum, subdit: Consuetudo tamen hanc
actionem fecit licet, addiscunt enim juvenes, arem de-
gladiandi diebus Dominicis, videbilibus, & consuetudinibus
Prælatis.

26. Rodriguez, in summa, cap. 122. n. 4. & Navar. conf. 1. de festorum observatione, excusant venditiones Cal-
ceorum, ob consuetudinem visam & toleratam a Prælatis.

27. Castr. Pal. tom. 2. d. 2. de obser. festorum p. 6. n. 21.
docet usum, quo sunt aliquæ exercitationes Militares,
licere die festo; tum ratione consuetudinum; tum mora-
lis necessitas, quia non possunt cœmodè alii diebus feci-
re. 28. Sanchez, in conf. l. 5. c. 2. d. 18. n. 12. sic habet: Erat
cessante necessitate, ex consuetudine antiquissima sunt licita
aliqua minuta, que solem facere Agricola in vere, dum
habent segetes in grecia, scilicet tritum vertere, extenderi, &
separare: & id est de consuetudine Hornulariorum rigan-
tium olera in die festo, maximè quando in his omnibus inter-
venit aliqua necessitas, sive dotti junioris.

29. Sanch. v. Festum n. 5. sic docet: Iter agere etiam com-
itibus multis oxygis sapelletili, licet concedere id consue-
tudine: molendina item, & nundinas excuset consuetudo.

30. Addam denique, & ego junior consuetudinem
illam; quæ omnibus ferè diebus festis a Prandio famili-
prædiis inservientes, solent in Sicilia lignatum à Domi-
nisi mitti; ut nimirum singuli summi fasti, certè cum nota-
bilis temporis jactura, colligentes, domum ad communis
usus

contra predictam explicationem invitent, vel patientur
quod in suis Conventibus seculares laborent, etiam gratis?
Hæc ille.

Vbi nota. Primo, hoc esse vivæ vocis oraculum; Secundo, propter paritatem cum prædicto festo Sanctæ Crucis, non autem esse, de quoniam festo S. Michaëlis sit locutio; de eo, quod celebratur mense Septembri, an quod mensis Maij-Terdi, nobis ex Societate in comprehendendu[m] privil Soc. Iesu, hoc tantulum privilegium nondum a N.P. Generali communicatum esse.

Dispensatio.

36. Tertiò, nomine Ordinarij h̄c præterea venit
Capitulum, Sede vacante; sic Fagundez l.c. aliique, quia
hoc succedit in universa jurisdictione Episcopi præmor-
tui, ex McColla tom. 3. d. 7. c. 7. dub. 1. sum. 2. exceptis casibus
in jure ex parte non autem in jure inventur expressum,
non posse has dispensationes expedire; idem *ibid.* n. 33.
Ideo potest Vicarius Generalius ejusdem Capituli, *ibid.*
n. 3. m. 34. fine, sed ex speciali mandato, juxta dicta n. 33. de
Vicario Episcopi.

Prædictos Episcopos, Prælatos Regulares, Vicarios, que posse suas vices dispensandi aliis committere, dicendo: Si alter tertius approbaverit causam, is dispensor, etiam certum videtur: quia, ~~qui~~ sint ordinarii, vel certe delegati ad universitatatem hujus causæ, poterunt subdelegare. Ita Sanch. lib. 3. marr. tota d. 31.

37. Quādū denique, veniunt etiam & Parochi, ablen-
te Ordinatio: ita Azor. Sylvester, aliquip apud Fagund.
l.c.n.37. (putarem, etiam ipso p̄sente, propter ea, quā
dicam in simili *infra*, cap.5. §.6.n.56. cum de jejuno) pro-
casibus occurrentibus, id, quod saltem consuetudine in-
trodūctum est; ne scilicet desit Parochiam, ad quā in
quotidianis dubiis recurrent: Quoniam autem hāc com-
missio videtur concessa Parochiā ad universitatem
hujus causa, quāvis, aliquantum limitata, id est, in oc-
currentibus casibus; ideo & poterunt eam, modo n.36.
precedenti dicto, alteri subdelegare, ut ex eode u Sanch.
ibid. n.4. & 21. colligi potest.

Nonnulla de hac dispensatione dicetur *infra*, cum de dispensatione *jejunij*: nam quæ ibi, quæque hæc dicuntur, invicem sibi lucem pariunt.

38. Superest docere. An Episcopus possit, quando habet in re dispensat, imponere Fideli, ut aliquam elargiatur elemosynam pauperi Ecclesiae?

Respondeo: Si causa dispensationis, à festi observatione excusans, est certa, non videtur posse, quia tunc nihil concedit Episcopus: ex se enim Fidelis valer laborare: Si est dubia, satis probabile est, cum possit aliquid moderationum imponere, sic Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. de diebus festis, c. 1. n. 4. Laym. lib. 1. tr. 4. c. 22. n. 29. aliquid enim nisi aliud est, nisi cultum Deo per observationem festi tribuendum, in aliud bonum opus commutare. Nec rationes in contrarium quas ex Sanchez loc. mox citando, n. 9. adducit Bonacina tom. 2. d. 1. de legibus, q. 1. p. 3. numer. 2. 3. in contrarium, tanti sunt momenti, ut non possint faciliter solvi quantum facit et contra presentem hanc doctrinam: eas si est otium, apud ipsos lege.

39. Quid, si nulla existente causa excusante, Superior dispenset ad labores die festo suscipiendo solum, ut fiat aliquod aliud opus bonum à labore, v. g. ut ab eodem applicetur elemosyna alii opere pio, legitime erit dispensatio? Respondeo affirmativè, si elemosyna clargienda si certo paoperi, vel Ecclesiæ, extremitate, vel gravitate indigentibus, quibus non patet alia via ut succurratur; tunc enim ipsum auxilium tantæ pauperi attribuendum, causam sufficientem gravem affert, ut ex supradictis colligi potest: Verum, si alia via succurrendi appareat, unde nec extrema, nec gravis necessitas existimetur; non video, cui possit Episcopus in festi jure superiori inducetus. Ita Sanch. l. 3. de matr. d. 10. n. 9. fin. Ratio est, quia Prelati inferiores nihil possunt in legibus Superioris, nisi quantum Superior expresse, vel tacite conceperit, ut est communior, & probabilior opinio. Ita Sane. Suan. Bonac. Guttier. aliquie, quos citar. sequiturque

Castr. tom. 1. tr. 3. d. 6. de dispens. leg. q. 4. n. 8. at nullibi appetat adesse ejusmodi concessionem, ut scilicet nulli existente causa subditos excusante, dubia ne quidem, & solum ad communes elemosynas distribuendas, vel ad quodcumque aliud opus bonum faciendum, inferior Pontifice dispenset in legibus iuris communis, quod est observatio festorum, vel jejuniorum, id enim esse dispensare ex causa; sed commutare ad libitum, atque adeo transcendere limites dictae concessionis. Dixi autem (in festis iure Superiori inductis) nam de Summo Pontifice in his, vel de Episcopis in festis iure Diocesano impositis, alia est ratio, de qua alibi.

40. Illud approbo, quia in aliquibus Diocesibus imposita est concedens multa pecunia laborantibus in die festo; hanc posse, ut facit Sanch. lib. 3. de matr. d. n. 10. probato delicto, & sine fraude exigis; & posse, in modo debere (ut monet de omnibus similibus pecunis Tridentinum s. 25. c. 3. de reform. matr. locis prius applicari.

41. Cur signata dictum est (sine fraude)? Quia alicubi (de lege refero; quod videlicet) ab Episcopis constituti sunt aliqui Officiales, quibus festorum iura dedit nomen Festuariorum, quorum est manus laborantes die festo deprehendere, deferre, ac multa pecuniarum condemnare. Ex his ergo Festuarii nonnulli nullo labore, religione nulla, interdum pactum inveniunt cum artificibus, camporumque cultoribus, ut reddant quendam pecuniae censum quotannis, ne eodem anno ab ipsis Festuariis molestiam patiantur; quo freati pacto, an Opifices, ac Rustici facilius sint ad frangendam legem, alii iudicent. Illud proclamo, & id concedi, vel permitti, & ab ipsis Officialibus id praestari, indignum, scandalosum, perniciosum esse.

C A P U T I V.

De Actionibus quibusdam non servilibus die Festo prohibitibus.

§. I. Ha sunt Mercatus, Placitum, seu Iudicium forens, Iuramentum, Mercatus.

1. Tripli citer sumuntur Mercatus. Primo enim significar universales Nundinas (Italice Fiera) que semel, vel bis in anno ad publicum commercium celebrantur. Secundo, Nundinas de quibusdam rebus usualibus, (Italice Mercato) que semel in hebdomada ad Oppidi abundantiam sunt instituta; Tertio, ipsum actum mercandi; id est, emptionem, venditionemque rerum, c. 1. & ult. de Feris, 1. 2. 3. & ult. c. eodem it.

2. Primus jam est in usu etiam in festis: Sic Tol. Suarez, Fagund. Azor. quos citat, sequiturque Castr. Pal. tom. 2. tr. 2. d. 11. de observ. fest. p. 6. n. 4. Secundum video alicubi in die festo non permititi, id est, ex consuetudine permititi, dicat Castr. Pal. ibid. Servetur ergo consuetudo Patria. Tertius magna ex parte consuetudine videtur jam permisus, videmus enim (ait idem ibidem) operarios sine ullo scrupulo die festo conduci, bona defraude. Im publica voce Præcennis vendi, necessaria cibo, & potui venalia fieri, calceosque aliasque res leves emi, ac denique passim sunt privatae venditiones, vel locatiores. Solum propter reverentiam festi non quasi in publico id fit; sed semiclausis officinatum januus: servetur ergo loci consuetudo.

3. Alicubi venduntur per Urbem publicè Cupedia, & res esculentia ad populum, & maxime puerorum illætamenta: atque ut id impunè faciant, impetrant vendentes licentiam à Ministris Ecclesiasticis, data elemosyna. De hac ergo re illud tene, quod paulo superius, c. 3. §. 2. n. 41. cum de Festuariis ageremus, habuisti.

Placitum.

4. Placiti nomine comprehenditur omnis strepitus judicialis, id est, citatio partis, formatio processus, seu

cognitio causa, & sententia, sententiaque executio in causis omnibus civilibus, & criminalibus, à quo cumque sunt iudice, sive Ecclesiastico, sive seculari: quia omnes actiones non solum sunt, nisi adit legitima excusatio, illicita, sed insuper invalida. Ita Laym. lib. 4. n. 7. c. 2. n. 7. aliisque passim; Fagundez lib. 1. Eccl. præc. cap. 14. fust. Castr. item fust loco cit.

5. Puto tamen licere presentationes facere, institutio, collocationes, provisio, & cetera Beneficium, quia hæc non afferunt strepitum judiciale, nam propterea ne putes yetum esse diebus Festis excommunicationem ferre in aliquem; nec multò magis ab illa absolvere; & ea facere, quæ sunt voluntatis iuris dictio, ut est, v. g. expedite dispensationes; quia hæc non requirunt iudiciale causæ cognitionem. Pari modo, si Advocates Judicem informet, si arbitrator, non ut Jude, amicabilior compositionem statuat, si Jude privatim sententiam postea proferendam scribat, &c. contra observantiam festi, propter eandem rationem non agent.

6. Nec tamen hic deest causa excusans, nempe necessitas, & pietas. Festis ergo diebus possunt expediti licet causa alimentorum, Carceratorum, Pupillorum, Viduarum, & miserabilium personarum: Item causa, que celestem inquirunt, quia aliquo res peritura sit. Ita Layman. ibid. Et Suarez quidem tom. 1. de Relig. tr. 2. l. 2. de obser. f. f. cap. 3. ad fin. notat latronem de fuga suspectum, posse die festo capi, & in carcere trudijiter in pagis causas civiles agitari, si alius profestis diebus rustici nec adesse, nec vocari commodè valent.

7. Qua ratione hic etiam habeat locum parvitas materiae, vide apud Fagundez lib. 1. Eccl. 1. p. præc. c. 2. n. 8. & Suarium l. c. 3. 1.

Invenitum.

8. De hoc satis sit adnotare, quia compendiosè affer Layman ibid. n. 8. Probabilis est, inquit, quod Caeterius docet, iuramenta in die festo prohibita non esse præter judicialia. Alia vero negotia, que die festo exercentur, ut inaugurations Doctorum, Contrahens aliquos civilis, etiam iuramento, si apud sit, confirmari poterunt; accessorium enim sequitur suum principale. Quod si in cap. 1. de Feris, major prohibito iuramentis facta fuit, sic et Textus significare videtur; non est id usu receptum, vel potest abrogatum.

C A P U T V.

De Jejunio.

1. Non licet ageremus de jejunio naturali, præcepitatio ad Eucharistia receptionem, quod abstinentiam à cibo, & potu requirit omnino, nec de morali, quo juxta rectæ rationis regulas abstinentes prudenter a dictis: sed de Ecclesiastico, quod Fidelibus præcipitur statis diebus, potestque describi esse ex Azor. tom. 1. lib. 7. c. 9. de jejun. q. 1. Abstinentia à cibo genere ciborum subiecta concessorum conesse, sub meridem suscipienda. Abstinentia à carnis tantum, cum resultate pluries in die alios cibos comedendi, quæ ab Ecclesia servatur Feria sexta, & Sabbato, vocari quidem solet Jejunii, sed larga.

§. I. De qualitate ciborum jejunii.

Abstinentia à carnis.

1. Hanc esse de Jejunii essentia, saltem ob universitatem coniustudinem, fitant communiter Doctores, Ita S. Thom. q. 147. art. 8. Sylvester v. Jejunium. Navarr. c. 2. n. 1. aliisque mox citandi; ex quo principio colliguntur sequentia.

2. Primo, Dispensatus ad carnes edendas, liber est à jejunio. Ita Caier, in predictum locum S. Thom. Fagund. multos referens præc. Eccl. 4. lib. 1. c. 2. n. 6. quidquid dicat Joan. Medina Codice de jejunio, quæst. 5. d. 2. ad finem. Ratio est, quia ad actionem quampliam quis teneri non potest

7. At si potes (ait Navarrus) vesci piscibus , in iustè fuit tibi concessio carnium, Respondeo: nulla consequentia ; fortasse enim pisces simul cum carnibus ; vel saltem medica piscium portio , non nocent. Deinde ajo hanc non possit comedere sine detimento pisces, & propterea illud dispensatum fuisse ; at ex gulæ irritamento vult pisces etiam addere; peccatum ergo committit contra temperantiam , quod tamen solet committere esse veniale ; non vero contra legem jejuni, quod esset mortaliter.

8. Quinto, Dispensatus ad unum genus carnium , v. g. ad Gallinas , poterit quascunque carnes comedere laridum, farcimen, porcinam, &c. Ratio est, quia una est , & indumenta omnium carnium prohibito : quare licet illa nocent cum valetudini pariant, unde ea comedens peccet contra temperantiam , non tamen peccat contra legem jejuni.

9. Prædicta intelligenda sunt non solum pro legitime dispensatis a jejunio, verum etiam pro nobis obligatis, vel quomodo quocunque excusat, quales sunt infideles, infantes usque ad septennium, amentes, infirmi; qui omnes, cum non teneantur abstinere ab aliis carnibus, non teneantur ad legem jejuni. Obiter tamen recoles, pueros & terminos, si quo ratione possint, seu ab aetate septenniis usque ad annum vigesimum primum, & senes sexagenarios, teneri ab abstinentiam a carnibus, nisi aliunde excusantur ; quamvis non teneantur ad jejunandum, ut ex universali consuetudine pater. Quare advertis hæc esse duo præcepta dividua : alterum de non comedendis carnisbus ; alterum de unica comedione: nam propterea non valens propter debilitatem unica comedione contentus esse poterit quidem sepe comedere in die cibos quadragefimales; non poterit vesci carnisbus, nisi debilitas hoc etiam petat.

Sed quid dicendum de illis, qui prædictis non obligatis carnes ministrant? Respondeo, Infidelibus, ut etiam poteris ante septennium completum, & immo postea, si usum rationis nondum acquisiverunt ; poterunt ministrari carnes. Ita Sanchez l.c.n.3.1. quia cum hi non teneantur Ecclesiæ legibus ; cooperatio non est ad actionem contra leges, sicuti enim ipsi licet illas comedunt, ita & licet eisdem ea porrigitur. Idem dic quoad perpetuò, & omnino amentes, idque propter duas rationes: Primo, quia probabile est, hos amentes nullis humanis legibus adstringi; siquidem lex humana nunquam intenditur dari, nisi humano, & rationabili modo viventibus, Secundo, quia iij sunt verè infirmi, cum cibi quadragefimales, ut poteris pravos humores foventes, regulariter noceant amentibus. Quoad amentes in aliqua materia, vel aliqua intervalli luce gaudentes, idem dicendum potest, si non propter primam, certè propter secundam rationem. Ebrios denique nullo pacto concedendum est possit à te die jejuni ministrari carnes. Ita Thom. Sanchez l. 1. in decal. cap. 1. num. 16. fine. Ratio est, quia hi sunt per se comprehensi à legibus, nec ab infirmitate aliqua, ut supponimus, excusantur. Et quamvis si ipsi comedenter, non peccarent, quia tunc propter turbationem, quam à vino pauciuntur, non advertentes peccarent tamen ministrantes, dum cooperarentur ad connectionem illam materialiter malam.

10. Illud superest: Quorūnam animalium carnes hic prohibentur: Respondeo, non nisi eorum, quæ communis hominum existimatio, & consuetus usus jam decrevit; habitus, semper præ oculis sine Ecclesiæ, quæ propterea prohibet in jejuniis carnes, ut alimenta multum nutritientia, hominumque vites admodum deficientia, & Fidelibus excludat: Ita Bonac. 1. vult. circa octauum præcept. Decal. q.1. p.2. n.1. Trullench. lib. 3. in decal. c. 2. d. 3. num. 1. Tamb. tom. 2. de jure Abbatum, d. 12. q. 9. n. 9. in ultima editione. Certè melior regula dari hac de te non potest: Illa enim, affigat pro prohibitis ea animalia, quæ vivunt extra aquam, & terrestria vocantur, pro concessis, quæ intra aquam degunt, & Aquatilia nominantur, fallax regula est: nam Testudines terræ, & Li-

Pars 1.

mæcc

E. IV

maces extra aquam vivunt, & tamen prohibita die jejuni nequaquam sunt.

11. Si forte appareat nondum nobis cognitum animal ut in orbe novo occurtere facilis potest; incidatque dubitatio, an sit caro prohibita, necne; recurratur ad finem prohibitionis, & ad similitudinem cum aliis prohibitis; si enim validè nutrit a simili, utique animantibus nostris prohibitis; erit & illud censendum prohibitum, secus non item.

Novi ego hominem nobilem generè pietate, ac litteris nobiliorem, qui nescio qua elephantiæ leprosa divexus, post multas peritorum consultationes a non illiterato Medico hoc remedium nactus est sua incurabilis, ut ab aliis censetur, infirmitatis: ut per animalium integrum nullis aliis vesceretur dapibus, nisi præcisus capire, & cauda viperis. Horror fuit id initio attentare variisque, atque exquisitis modis carnes illas condidens, ut imaginationem suam, naufragiumque falleret, curab sanitas per omnia apparet & grotus. Verum, non multo post tempore non porrorem modò depositus, sed Vipera ferculæ ita adamavit, ut postquam in pristinam, immò majorem valetudinem, præter multorum expectationem, fuit restitus, propter illis haberet vesici Viperis. Incidit interim ieiunium quadragefimale, nec a viperis undique conquerendis, atque comedendis bona fide bonus vir desit, donec ab amico semel, qua ratione eas carnes dicibus vetricis comedere, interpellatus in scrupulum incidit, sequè ab illis eo tempore comedendis (ut erat religiosissime conscientia) statim abstinuit, & a stioneque, An ea carnes prohibita censenda essent, nobis Theologis disputandum reliquit.

12. Quid ergo, quædo te, de hac quæstione sentis, docte Lector? Ego ex modo dictis numero procedere, nisi mea fallit ratiocinatio, colligerem carnes hasce prohibitas nequaquam esse quia Vipera similius est Anguilla, quæ prohibita non sunt, quam ceteris animalibus prohibitis: exigua item nutritionis Viperam esse, cum sit multum terra, atque admodum medicinalis, non improbariliter coniocio: quare nisi Medicus aliquid ostendat casus esse validæ nutritionis, sicuti sunt cetera carnes prohibitas Viperas non esse puto.

13. Sed quid de partibus dictorum prohibitorum animalium, omnè sunt prohibita? Respondeo omnes, eas nimis, quæ sunt partes quomodo cunque constitutivæ animalis, cartilagine, nervos, sanguinem, &c. quia dum animal prohibetur, non possunt non prohibiri omnes eæ partes, quæ ipsum constituant. His additus ex carnis ex Sanch. lib. 4. in dec. 11. n. 4. Bon. 1. 2. circa secundum dec. præc. d. 4. g. 2. p. 6. num. 23. ius enim continet partes subtiliores substantiæ carnis, per elixationem eliquata.

14. Quæcumque item medulla, lardum, axungia, & quæcumque pinguedo nondum vi ignis liquefacta, inter carnes sunt omnino censenda: quia verè sunt partes ut cumque animalis in omnium nominum conceperit, & non mera, & propria excrementa. Idem in rigore dicendum esset de iisdem liquefactis, quo pacto aliquod illorum vocatur a nostris Sagimen, de quo mox: quia mortifica illa liquefactio, mutare naturam substantiæ carnis non potest.

15. Dices at pinguedo, & lardum nondum liquefacta continent quadam venulas, nervulosoque verè carnes, quos non continet Sagimen, cum ejusmodi partes carnae virtute ignis, vel expurgant, vel refideant, vel evaporent: ergo posset dici, pinguedinem esse carnem non verò Sagimen. Respondeo: propter ejusmodi solas venulas, nervulosoque, lardum, & prædictæ pinguedines essent interdictæ: semper excusatetur à mortali, qui ea comedere; quia semper esset parvitas materiæ, in magno cum lardi frusto, proh! quam paræ modicæque venulae reperiuntur? Si igitur sub mortali sunt vetita; certè non propter aliud, nisi quia ipsa verè sunt ex se carnes.

16. Dixi autem signatè (in rigore) nam quia mo-

do num. 9. dictum est, hac in re existimationem hominum esse maximè attendendam, probabile autem est, si gimen existimari istes carnes; ut item non existimari, sed esse numerandæ inter lacticinia; ideo probabilis etiam erit utraq[ue] sententia; atque adeò posse recipi in jejunio, & posse ab eodem rejici. Ita multi apud Henr. lib. 7. c. 13. n. 1. Léod. à Cruce de Bull. Cric. d. 1. cap. 1. 6. num. 4. Diana p. 1. trac. 9. ref. 21. inclinat Fag. Eccles. præc. 4. lib. 1. cap. 2. num. 2d. aliquid ab iisdem cit.

17. Sopere & aliud: An pluries peccet, qui pluries die jejuniū carnibus vesctur?

Duplicem quæstionem, hæc una quæstio complectitur: Alteram, An qui per sufficientem distantiam plures carnium manducationes, v. g. manes, meridie, ferme, plura numero distinctæ peccata committat; Et certum est, plura committere. Ita Suan. 1. 2. de ret. lib. 4. c. 7. n. 2. & Doctores passim, quia hoc præceptum est negativum, quod obligat semper, & ad semper. Non ita se habet in præcepto de unica comeditione dumtaxat facienda eodem jejuniū die; Ita Henr. Toler. Lay. Fillius Suan. aliquid apud Diana p. 1. trac. 9. ref. 44. quando emplendis comedisti, vel semel carnes manducasti, atque adeò jejuniū cum culpa fregisti, tertio, vel quarto, vel deinceps eodem die quadragefimale comedas, non iterum peccas: quia fracto jam per secundam comeditionem, vel per carnis manducationem in jejuniū, ipsum adimplere non amplius potes: ac propter contra nulam præceptum, iudiciorum te observari possit, operaris.

18. Altera quæstionem est; quænam sit censenda continuatio, comedendi carnes, ut sic censetur una comedio, adeoque unicursu numero peccatum? Si quis enim initio mensa comedat ferculum in tritum ex carnisibus, mox pergit ad tria, quatuorve ferculæ ex piscibus, denique redat ad aliud ferculum carnum; dñone in numero peccata committi, Confessori ut duo aperienda, an unicum dumtaxat?

Respondeo: in hoc exemplo unicum numero peccatum committi censio; quia per continuatam comeditionem, unus est refectio, unaque moraliter transgressus. At si interrumpatur per alia negotia, iudicio prudentis viri iudicandum erit, si refactum sit ad iterum comedendum, censetur. Unica moraliter comedendi, seu reficiendi actio: Certo si post integrum horam redat quis ad carnes, sive refecit animo continuandi posse comedendum, sive non continuandi, sive multipli cati peccata, quia tam distans tempus hac in re videtur sufficientis ad moralem multiplicationem: si vero redat post quadrantem eum dimittio, non ita, propter contraria ratione. Si persuaderet partus ducta ab eo, qui die jejuniū surgit ē mensa, & deinde post horam, vel feniū horam redit: post horam enim puto, quantum est ex hoc capite discontinuationis, fracturum jejuniū; post quadrantem, ejusdemque medium, non item: de qua mox suo loco.

Abstinentia à Lacticinia.

19. Lacticiniorum nomine venient, Lac, Caseus, Butyrum, similiisque ex lacte conflata, atque ova, & etiam illa, quæ vocant Nonnata; nec solum ea, quæ tenero albumine sunt circumvoluta, sed etiam, quæ solum continente vitellum; omnia enim sunt ipsi substantia ovorum, licet magis, minus completa, excludimus tamen nervorum illum racemum, & unde hæc ova pendunt, is enim totus est carnes. An sagimen sit inter lacticinia communerandum, vidimus modò num. 6.

Dispensatum autem ad unum ex his, dispensari etiam ad omnia, certum esto, cum Trull. lib. 3. in dec. cap. 1. lib. 2. num. 9. Læzana in summa. v. Ieiunium, n. 11. aliquid: quia sunt in eodem genere, & pro uno, eodemque comuntur; ut in simili diximus de diversitate carnum, modò n. 7.

20. Porro controversia est, an ejusmodi lacticinia sint in jejuniis prohibita? Si loquamur de jejuniis infra annum, Vigiliarium nimis, vel quatuor Temporum, probabile est non esse jure interdicta: quia, ut recte adverbit

Valquez p. 1. tom. 2. disp. 177. cap. 5. n. 54. Idemque
Reginaldu. Villalobos, Thom. Sanchez apud
Dianam p. 1. n. 9. ref. 4. id praecepsum nullib[us] appare.

21. Quid de consuetudine in Hispania, & consequen-
tia eius evulgatur Bulla Crucia. consuetudinem absti-
nendi a laetitia in predictis jejuniis non adesse, me-
ritio docet idem Valquez: quia, cum ibi major fidelium
qui abhinc quadraginta annis sumat Bullam, comedere
laetitia, allegari non posset confutatio contra
laetitia.

Dicessat si non sumerent Bullam, abstinerent a laetitia.
Audio, sed consuetudo non ex agendis, sed ex
adviso conseruare legitime debet. Ita Ioan. Sanchez in sel-
ect. 1. tom. 2. cap. 1. n. 9.

22. In quibusdam locis extra Hispaniam, lego necesse
est quilibet contra laetitia consuetudinem: adhuc tamen
non ignobiles Doctores, etiam adhuc, non obligare fi-
lios faciem ad mortale. Ita Henriquez, Villalob. uterque
Sanchez, Portella, aliquis apud Dianam part. 1. trall. 9.
ref. 41. & ref. 3. cap. 6. quibus adde Escobar, part. 3. de
c. 5. 3. quia non constat esse introductam scienter, &
nemo le mortaliter obligandi, sed potius ex ignorantia,
qua crediderunt simpliciores, se esse a iure obligatos ita
Solas, aliquis apud Ioan. Sanchez. 1. 5. n. 19. si incerta
ego est, & ancepit obligatio praevaleat contra illam fide-
liam libertas, que est certa, nec ab illo iure; ut vidimus,
legata: cum in dubio lex non sit censenda obligare, ex
Santio lib. 7. de legibus cap. 1. n. 13. Castro Palao. tom. 2.
cap. 5. 3. n. 13. Merolla tom. 3. c. 3. d. 2. n. 3. & aliis.

23. Si vero loquamur de jejuniis. Quadragesima, que sem
est solemniora, & strictiora, major est, & con-
venienter difficultas: Nihilominus, quod neque pro
quadragesima adhuc in iure, saltem rigorosa prohibito,
nisi nonnulli probant. Ita Agapita praecc. Eclesi. 4. lib. 1.
cap. 11. in editione Lugdum. anno 1632. afferunt Do-
ctores Comitib[us] & Ebortacenses Salmanticenses,
qua in iure, obi est de quadragesima locutio, solum sic
habeat c. denique, dist. 4. Par est, ut ab illis, que femininam
laetitia originem trahunt (sic vocantur in iure laetitia,
laetitia). abstinamus. Vbi Gloria: Par, id est, equum, & ju-
fum Legi Baroniom. tom. 8. art. 6. 22. Explicat autem
illud (par est) quasi sit sensus, par debet esse praecipuum
de cibis, & laeticiis, est enim negligere vocis lati-
ne significacionem; par enim est, significat aequum est,
conveniens etiam verbo, par praecipuum est. Dixi (solum
qua alium tenum de prohibitione laeticiiorum non
inveniens in iure quidam enim aliis, qui affectur ex Ca-
non. 16. Trallano sexi. Synodi, nullius est auctoritatis:
cum illos Canones considerint peculiares, quidam Episco-
pi, nec omnino Catholici: ut constat ex eo, quod affectant
Ecclesiam Constantinopolitanam esse supra Romanam. Azor. p. 1. lib. 1. c. 16.

24. Sed quid de consuetudine obligante? Respondet
tam nequam adesse, videntur probare modis dicta
1. 21. de consuetudine extra quadragesimam: aequem
tamen virum persuadent.

Quid ego tandem sentiam, noli a me expectare, amice
Lugdun. nec clarius declaratio Summi Pontificis accepta
de finiori usus Fidelium alterutram sententiam am-
plicatur.

25. Ex eo, quod num. 20. dictum est, jejuniu intra
annum admittere in iure laeticiis, sequitur dispensa-
tio ad laeticiis teneri ad jejuniandum: quia cum in
iure sit jejuniu cum laeticiis, poterit, atque adhuc
debet illud servari, ad quod non se extendit dispensa-
tio. Inde etiam infertur, per jejuniu cum iisdem ex-
hibitum posse quempiam lucrari iubilium, ut etiam
satisfacere. Vero, & penitentie sacramentali, nisi ex
circumstantiis contrarium concipiatur: Ita Azor. part. 1.
lib. 7. cap. 10. question. 2. aliquis contra Navarrum conf. 5.
de obser. jejuniorum. Ratio est eadem, quia jejuniu.
Ecclesiasticum est.

26. Inquit: Dominica infra quadragesimum oc-
curreat admittuntur usum laeticiiorum, more Vigili-

liatum intra annum, an vero repellant ad modum Feria-
rum ihsus quadragesima. Respondeo: ex communiore
sententia repulunt. Ita Diana p. 3. tract. 6. ref. 80. Trull.
lib. 3. in Degal. c. 1. dub. 2. 3. Diana in summa, 2. Jejunium,
n. 3. Idem Sanchez in sed. 5. 1. n. 25.

27. At per Bullam Crucia. Sacerdotes Religiosos
securè posse in dictis Dominicis laeticiis comedere, &
puto: Ita Palatus, Corduba, Hunnis, Llamas, Villa-
lobos: Diana, Ludvicius à Truce, quos citat, sequitur
que Pasqualicus de ius. dec. 73. num. 4. Ratio est, quia
in Bull. Latina, cuius est locutio de Sacerdotibus, & Re-
ligiosis, signat[ur] Christus, eos non posse licet comedere
laeticiis in diebus ejunij. At dies Dominicis, dies jeju-
niu. nequaquam sum.

28. Dicessat: in Billa vulgari, que solet publicari a
commissario Crucia, non dicitur in diebus ejunij, sed
in diebus quadragesima: at dies Dominicis, de quibus lo-
quuntur, dies sunt quadragesima. Respondet: Com-
missarius minime gaudet facultate mutandi substantia-
lia Bullae, credendum est, cum nomine dicrum quadrage-
simæ, quod ponit in Billa vulgari, intelligere dies jeju-
niorum quadragesima: & quidcum meritum: nam dies: Do-
minici sunt ultra dies quadragesima, qui dies propriæ sunt
Quadragesima. Responso ipsius Pontificis, qui contra-
rium decet, & nonnullis apud Rod. in Bull. Cruc.
§. 8. dub. 1. affectur, eodem eliditur modo, quo non pre-
diximus in simili, nimirum de ea response authentice ne-
quaquam constare.

§. 11. De unica comedione in die ejunij.

1. C onsumptionem unicam esse de substantia ejunij s[ecundu]m
pra diximus, unde num. 17. statutum per tertiam,
quartam, vel aliam comedionem non frangi jejuniu.
quia jam fractum irreparabiliter fuit per secundam. Con-
tra, certum est frangi, si plures eodem die cibus in par-
vitate materia ultra unicam refactionem sumatur; quia
ex pluribus parvis sit una notabilis comedio. Ita Merol-
la tom. 1. d. 2. c. 4. dub. 9. n. 215. & passim.

Lac, Ius, Vinum, Mustum, Cervisia, Aqua condita.

2. Unicam comedionem diximus, non, unicam pos-
tationem: hanc enim plures in jejuniu adhibere nullo
iure prohibetur, cum in die ejunij prohibetur solum
nutritio, delectatio gulæ, ut provenientes ex eibo: non
verò ut ex potu procedentes. Ita S. Thom. 2. 2. q. 147.
art. 6. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 10. question. 7. Sanch. in consiliis
lib. 5. c. 1. dub. 2. 3. n. 2. aliquie passim:

3. Verus autem potus in eo consistit, quod adhibe-
atur ad vehiculum cibi, seu alimenti, & verè talis sit: non
enim sufficit, quod tu ad talen finem assumas, nisi etiam
res ejusmodi sit; ut per se, & natura sua adjuver ad cli-
xandum, vobis huncque alimentum, non verò sit alimen-
tum: secundum Gallina distillata potus est, quia liquida, quia
sedat fortasse sicut, quia ad finem vobis hunc per venas ce-
te alimenta, à te posset assumi.

4. Hinc non licet intra diem ejunij ehibere &c, vel
jus: sed licet bibere vinum, mustum, cervisiam, aquas
ex herbis, vel eodem vino distillatas. Ita Anton. de Leon.
in q. chocolata; p. 2. §. 1. etiam de manæ, etiam ob solam
delectationem, etiam multoties in die, etiam in fraudem
jejuniu: quia illa in usu communis cibi sunt; h[oc] autem
etiam cum predictis circumstantiis verè sunt potus. Ita
Laym. lib. 4. tr. 8. c. 1. n. 7. Sanch. L. c. 4. Dian. p. 1. trall. 9.
ref. 23. Lezzan. v. Jejunium, p. 2. Fag. Eccl. præcept. 4. lib. 2.
c. 4. n. 14. in edit. Lugdum. anno 1632.

5. Idem puto de aqua saccaro, citro, gelatinis,
aniso, aromatibus conditâ, eo modo, quo nostra
estate usui. Proceribus sunt: tum quia modica est quanti-
tas saccari, vel aliarum rerum, quæ in ea aqua intermix-
centur: tum quia illa apponuntur per modum medicinæ,
ne sola aqua stomacho noceat: tum præcipue, quia
assumuntur in yeram potionem, & in verum alimenta

Q. 4. v. 1. ychicæ

vehiculum, & yere tales sunt: on vero in comeditionem vel per se in nutritionem.

6. Contrarius videtur Sanchez in conf. lib. 1. c. 1. dub. 23. n. i. sed fortasse loquitur in casu, quo ita interseparatur magna quantitas substantialis, cibis extrahantur a natu ratione portionis.

Sapa, Acetum, Oleum, & similia Condimenta.

Præscindendo à parvitate materiae, quæ semper in his usu venire solet, hæc ex se jejuniū frangunt. Id quod certum omnino sit, quia non ad potum, sed ad cibum pertinent. Vnde sit, ut si jentaculo Vperito illa ad liberas in die Iejunij, non quidem extra octo Vncias, quibus constare illud posse dicimus infens: sed extra illas computari debeant, cibi enim sunt quoad substantialia: & ad modum item cibi assumuntur.

Vna, Mala, Malilicis, Medica, Aurei, Punicis, & simili.

7. Ne idem de Vna sentias, quod de Vino, hæc enim frangit omnino jejuniū, cum non sit potus, sed cibus. Dices, At Vna sumi potest ad sedandum, scilicet, perinde ac potus. Rursus in illa nihil aliud continetur, quod nutrit, nisi ipse liquor inclusus in cortice, qui non est nisi Vinum, vel Mustum, à quo jejuniū non violatur. Respondeo, est sumatur ad sumendum extinguehendam, cito, nisi aliud in illa continetur, nisi ipse liquor, quod nostrum non est disputare esto, tu succum dumtaxat fugas, cetera ab ote propicias, satis illa à nonis excluditur ex eo, quod, ut sic, assumatur: per veram comeditionem, & non in alimenti vehiculum, cum vinum, vel Mustum ab ipsa expressum, per veram & usualiem portationem cibisatur.

8. Quod dixi de Vna, de ceteris fructibus dictum volo v.g. de Malis Malilicis, Medicis, Aureis, Punicis, &c. Italiæ Limoni, Aranci, & cognati Granati; eadem enim est, ac de Vnis ratio.

Cocholata.

9. Cocholata Indis, Hispanisque jam diu, Italiam verò dudum valde familiaris, an sit vera potio, ac propterea in Iejunis extra refectionem admitti possit, vulgaris est nostra aetate, ac celebris quæstio?

Puto non esse veram potionem, sed cibum, atque adeò frangere jejuniū: Ita Anton. de Leone in tr. i. r. 1. disc. de coholata, per rotam, Trull. lib. 3. in dec. cap. 2. dub. 2. n. 15. Diana. p. 4. tract. 4. ref. 194. & clariss. p. 9. tr. 5. ref. 11. Joannes Cardines Medicus apud eundem de Leone in advertentiis, cap. 9. Ratio ut mihi videtur efficax, sic formatur, dicerendo, quibusnam animalibus ut in jejuniis licet, rursus quænam vera sit potio, quæ comedio? Diximus in Superioribus attendem in esse usum, existimationemque communem, non quidem solam, sed iafundatam, ut non declinet à fine, & intentione Ecclesiæ jejuniū præcipiens: At coholata fini Ecclesiæ jejuniū præcipiens omnino adversatur: ergo &c. Minor probatur, quia finis Ecclesiæ est prohibere extra unicam refractionem, cibos ex se nutritivos, solùmque concedere velam potum, non distributioni alimenti servientem: Cocholata componitur ex cibis multum substantialibus, & nutritiis, nec per se ordinatis ad vehendum, distribuendumque per venas alimentum; nam propterea manè, & sero jejuniū ventriculo sumi consuevit: ergo, &c. loc. cit. de Leo-

ne, & Cardines.

10. Semel ego Virum nobilem mihi familiaritate conjunctu convulsi manè diluculo, cum eo negotia quædā collaturus. Cùmque primo ipso ingressu obseruisse ejus vultum insolenti pallore suffumum, macilentum, cadaverique per similem interrogavi, ut sit, de ejus valerudine. Is, infirmè satis se habere subtrémula voce, respondit, inquit, etiamanter rogavit, ut post medium horam reverterem. Parui, vi, redi vi. Mirum adverbi ejus faciem pristino colti restitutam, & ulos hilares, vocem validam: ex morte in vitam jam rediisse non gratis dixisse. Quare me cohibe-

re non potui, quominus exclamarem. Deo, superisque sine gratia! Bene, in omni optime facere gratia! Domine, velutram? Undenam tanq; scibit a tanta virtutum refectione? Subridens respondit amicus: Ne mirere, Parer amansissime, modò enim Cocholata potionem assumpsi, que miraculi instat colorē, yires, vitam ferè in instanti mili parere consuevit. Deus immortalis! Hanc meram potionem, non vero validam comeditionem, Iejunii fini ex diametro oppositam appellaveris?

11. Anton. de Leon. l. c. p. 3. n. 20. ex parvitate materiae excusat à mortali adhibentem medium unciam Cocholata, & Escobar r. 1. exam. 3. c. 3. unam unciam cum sufficienti aqua. Id mihi propter duas rationes nequam atridet. Primo, quia ad generalē quæstionem de omnibus cibis in modica quantitate sumptis, hoc modo præsentem difficultatem extorques. Secundo, quia ad dignoscendum, an res modica in aliqua materia, semper est recurrendum ad finem prohibitionis, ut sup. lib. 1. cap. 1. §. 3. fūs docuimus: ut certe media uncia Cocholata, valde nocet fini intento ab Ecclesiæ in jejuniū: si quidem media ejusmodi potionis uincia multum, & validè pertrit, & ut audio plusquam sex uncia alterius cibi valde nutritiis; ergo minus recte hac in re patet. Ametur: Postea ad eundem modum unam, vel alteram uincia ex vigiliis ovorum cum modicissimo facari, fructuoso aqua ebullienti immiscere, (nam sic pullem non ingratam palato constabili) illamque sive mortali absumere in seru, cum jejunas, quia Bulla Crucis gaudet, quantum ad qualitatem ovorum, & quantum ad quantitatem, nil, nisi modicum comed: cum enim ova non sint perinde nutritiva: ac Cocholata, videbitur sibi esse parvitas materiae, una, vel altera eorum uincia: sive item posse magnum pescem in patrum potionem distillatum suscire, & similia. Apage haec siquidem in ordine ad finem nutriendi, modica illa nequaquam sunt, sed notabilia sat.

12. Pro Cocholata, quasi jejuniū non frangat, adheruntur ab aliquibus, Turrianus, in summa, p. 1. c. 5. 56. dub. 24. cnel. 4. & 7. Lezana. v. Iejunium, n. 2. Diana p. 4. c. 4. ref. 194. & part. 5. m. 5. ref. 11. Sed Turrianus loquitur de pura Cocholata, cum jam missa cum aliis cibis ad nos semper adducatur; & ad parvitetem materiae videatur & reducere. Ita Anton. de Leone in disp. 1. Lezana clarè sentit nobiscum: solum afferit, sed non reprobatur contraria: Diana satis dubitative loquitur in quarta parte: quosque nominat Theologos pro Cocholata, nominat tantummodo ex auditu alterius: & in quinta parte, re melius fortasse serpenta, stat manifeste nostra sententia: Unde inuenio Escobar, in summa r. 1. exam. 1. 3. cap. 3. qui etiam ad patvitatem confutare: sic enim habet: Aliquando dixi pro potu haberi Cocholata: at magis autoritati inhaesens, quam ratione, Potum esse affero: sed non nisi condit abusus, sed quemadmodum potio ab Indis in Hispaniam pervenit: Unde Cocholata ovis, aut latte conditum, potus non est: sed cibus substantialissimus. Item hujusmodi petio admodum crassa, in notabilē quantitate jejuniū violat. Verum Cocholata liquidum adeo, ut unica potionis uincia una absumatur saccaro necessario: potus est, & abesse scrupulo absumi potest. Hæc ille ubi notat primo illuc (in ab in Indis in Hispaniam pervenit) unde igitur tibi fides, an tua Cocholata sit pura, an missa? Secundò, nec unam unciam Cocholata esse admittendam, jam modò memori procedem dicitur est.

13. Quæ haec tenus de Cocholata disputavi, vera mihi videntur propter rationes intrinsecas: Ceterum, quia video viros pios, religiosos, ac doctos putare eam, prout in Hispania, & Roma est nunc in ufo, esse usum potionem, nec violare jejuniū, nolo (idque propter autoritatem extrinsecam) hanc sententiam à probabilitate, securitatisque finibus repellere. Enarravit mihi vir nostra Societatis omni fide dignus, Eminentissimum Joannem de Lugo, antequam ad sacram puram esset ascitus; dum feliciter Theologiam in mano

mano Collegio profiteretur, ita facere respondisse cui
dum Sacerdoti ab eo scilicet, an Chocholeta jejunium
frangere: *Qui cum usurpant, nequam frangere affer-
unt: frangere contendunt, qui ab ea se contineant: ego verò
cum in usurpantes sum, ne utiquam jejunium violare pro-
mete.* Hec ille. Si ergo vir ad eò doctus, ac pius, tantá-
que auctoritate praestans, sic disserit verbis ediscerit, qua-
tione cum non probabilitate loqui, agere, veler quis-
quam suscipiari?

Pot hinc scripta legi Tractatum Thomae Hurtado, de
priore Chocholeta, p. 2. non tract. 10. acriter defendantis, &
quidem eruditus, cum jejunium nequam frangere.
et ictuum illum lega.

Arundines Mellita.

14. In pluribus nostra Sicilia campis Melita arun-
dines educantur, ex quibus magno artificio, nec minori
lucro extrahit; conglarique Saccarum solent. Solent &
nucleos eas incedui per fructuosa cultuò incisas, recreato-
ni gratia, quasi cupedias suge, seu, ut verius loquar, den-
tibus mandere, & arrerere, eaturque succum palato gra-
tissimum, expulsi interim ab ore pargamentis, degustan-
do trahere. Nil volgarius apud summos, mediorum infi-
nos, quare lepe in disputationem ducita en quæc, an
jejunium illæ dissolvant? Et dissolvere quidem, si in ma-
gna quantitate lugantur, convenientiostate Theologo-
gi enim ille fucus maximè nutritius, alitique non mo-
dicus, cum sit ipsa faccari mera substantia: sed illud audi-
vit Bernardinum Piccintum Societ. Noltra, quem Na-
tura & Fætus Spiritus peculiaris gratia magnissimum homini-
fic, & sapientem, cum casus ad conscientiam pertinens
hic explicat Panormi, docuisse, duarum ex his arun-
dibus trajectum succum non esse contra jejunium, nisi
magis parvatum. Assentit liberus: ac ratio esse posset,
quia humor, sive ex partis, sive ex magnis diabibus hisce-
cisis in stomachum deglutitus, vix ad duas uncias per-
tingit: hanc autem quoad violandum jejunium esse in
communis cibis quadragesimalibus parvitate in ma-
teria, docet Turrianus in sum. p. 1. c. 256. d. 27. n. 2. & nos
sufficiunt vidimus.

Protractio Refectionis.

15. Si quis in unica sua comestione, quacunque ex
causa, insulmat unam, vel alteram horam, non frangit
jejunium, quia continuat eandem refractionem, que mortaliter
territ unica tandem est. Ita Fagund. præc. Ecol. 4. lib. 1. c. 3. n. 5.
At si in aliquo solemni convivio eam qui protrahe-
ret in tempore, multum notabile, verbi gratia, à meridie
ad Vesperam usque, ut audio protracta, aliquid, etiam us-
que ad noctem jejunium servabatur?

Respondeo. Dixit quidam, si id apud nos fiat, Jeju-
num nequam servari, servari autem, si fiat in locis,
ubidem fieri consuevit, quia ab Ecclesiæ (ajebat) præcipit
unica comestio secundum consuetudinem regionis; at
hanc tam producta comestio, unica est secundum morem
pati; non verò apud nos. Hæc distinctione non placet
utroque enim jejunium Ecclesiasticum non servatur;
quidam Ecclesia unam in die comestione præcepit.
Alia autem longa ref. eti, multiplex virtute est, & multi-
plici comestio vere equivalit; unde nullo modo est
agere ad præceptum Ecclesiæ servandum. Tunc jejunium
dui celebrasse cum dices, qui diem totum, vel ejus major-
um partem in convivio, & compotatione protraxit? Tu
quidem id dices, non ego.

Interrupcio.

16. Me ad satietatem refeci. Quanto post tempore,
placato, v. g. lente, possum sine violatore jejunii ali-
quid addere mea refractioni? vel quanto tempore ante
nonandum, v. g. codem explicato, possum aliquid præ-
fere? Respondeo: quantum iudicio morali fas est, ne
interrupatur unitas refractionis, hoc est, ne distrahatur
unica comestio ad constitutandam secundam. Ita colligo
ex Sanch. in conf. lib. 5. c. 1. d. 24. n. 5. Quadrantem unum

cum dimidio, innu supra non afferre moraliter interru-
ptionem, etiam animo destinaveris nil amplius come-
dere? quia dum adhuc remanet unitas moralis confractio-
nis, illam voluntatem mutare, culpa non est: Ratio, cur
plus temporis admittendum non sit, ea est: quia secun-
dum moraliter, communèque hominem existimatio-
nem in hoc casu, ubi nulla necessitas excusat, et refe-
ctiones non erunt unica comestio, sed plures.

17. Sed quid, si propter aliquam causam v. g. propter
negotium aliquo, interrupat quis comestionem, quan-
do non dum plena habita est refectio? Respondeo: Huic
propter dictam necessitatem aliquid longioris temporis
indulgerem: nempe horam sive Sanch. ib. n. 1. alter Sanch.
duas horas concedit diff. 5. n. 4. quando animo redeundi
facta est in scriptio; multò magis si animo redeundi in-
terruptio facta sit: hinc infert Thomas Sanchez ibid.
l. 2. c. 3. Lectores ad melius, immo editatè ante lectionem
aliquid comedere posse, ut item famulos, quando Domini-
no comedenti inserviunt: propter necessitatem enim re-
fectionem, quam post unam cibiter horam perfecturi
sint. Simile quid licet Mercenariis, qui dum ad mensam
sedent, vocantur ad merces vestendas; haec enim artis
necessitas facit, ut illæ plena refectiones per moram
unius hora, plus minus, interuptæ, animo praesertim re-
deundi, unicam mortaliter constituant. Duas horas con-
cedit Sanchez, sed nimis id esse putat Escobar tract. 1.
exam. 13. de jejun. c. 3.

18. Audivi afferentem, posse refractionem propter ali-
quod negotium interrupi a meridie etiam usque ad ves-
peras illa enim (ajebat) semiplena comestiones uniuertur
per intentionem unicam volentis sero ad sibi dicitam
refractionem redire: sed nimis id amplè dictum est: Cum
enim jam penè digesta sint alimenta sub meridieni as-
sumpta, nequit unicam refractionem vespertina refectio
confare cum meridiana. Illud igitur in hoc, & similibus
casibus attendendum est, jan. reg. sive magni momen-
ti, & iterum, an notabilis refractionis parte carveris,
si enim magna causa fuit, cur notabilem cibam parrem
Vesperas rejeceris. Pia Mater Ecclesia non intendit te
sine sufficienti refractione diem transfigere. Quid si mo-
dicum cibam reliquisti, cum parum pro nihil reputetur,
non habes jus te iterum reficiendi: jam enim manu suffi-
cienter, quoad substantiam refectus es: si verò necessitas
interrupendi notabilis non est, tibi imputabitur; non
enim debueras sine urgente necessitate refractionem dispe-
nse. Fatoe tamen posse evenire, ut peccaveris manu,
dum sine necessitate refractionem interrupisti cum ani-
mo comedendi sub noctem non verò sero peccas come-
dendo; quia nimis poteris ita viribus destitui, ut re-
fectione prorsus indiges.

Hæc autem omnia iudicio prudentis viri, gravitatem
negotij, temporis distantiam, personæ vires, & similia
perpendit potius, quam certa regulæ definiti valent.
Ita Azor. p. 1. l. 7. c. 9. q. 1. Regin. 4. c. 14. n. 177. alioque.

§. III. De Ientaculo, quod in Jejunio indulgere.

1. Quæ possunt de Vespertina refractione quæri, ad
2. Quæ reducuntur, ad ejus quantitatè, ad qualitatè, ad
tempus sumendi.

Quæritas.

Iam apud Recentiores opinio recepta nunc est, ad octo
ciciter uncias pertinere eam posse, non quidem ex lege
scripta, sed ex consuetudine legitimè introducta. Ita Fag.
lib. 2. de Ecol. pr. c. 4. n. 13. & 19. Suar. Dian. p. 1. tr. 9. ref. 1.
Ivan. Sanch. in f. d. 5. n. 7.

Posse quartam partem solita cibæ pro ientaculo
comedere; ut si viginti uncias assumere in cibæ soles,
possit assumere quinque, si quadragesita, decem, proba-
bilis est opinio. Ita Regin. tom. 1. lib. 4. cap. 14. dub. 10.
nu. 185. Laym. lib. 4. tr. 8. c. 1. n. 9. Filliuc. t. 2. tr. 26. p. 2. c. 3.
q. 7. n. 33; sed quia communiter vix ad triginta duas un-
cias hominum cibæ solerit ascendere, ideo, qui concedunt

uncias

refectione meridiana', & iterum in refectiuncula vesperina; jam sufficientem, vel quasi sufficientem habebis

vero illo die nutritionem: Ago non habebis Ecclesiasticum jejuniū; quare non sicutus iscerti, an veteratur

in tentaculo, sed certissimi: siquidem propter tan-

um oppositionem, quam habent cum fine intento per

hominem, censur certissimum, & esse ab Ecclesiastico tentaculo prouis interdicta.

6. Remaneat dubitationes dux. Prima: An in jejuniū, etiam in illis, in quibus tenes non posse comedere laetitia, sicut nihil minus propter materię parvitatem aliam multa facere, seu placentulas ex ovis confectas? Respondet licet, si ovi quantitas his immunita, immo & fanguinis sit parva, quia parum pro nihilo reputetur: & regulariter ab igne tam modica quantitas absumitur. Epulodi sunt, quos Bischoffers vernacula lingua nunc agamus, quique passim usui sunt pro tentaculis. Quod magna pars sit in illis, ovorum substantia, ut in pone, quem Hispanicum vocamus qui feret totus ex ovis modico immisto farina flore constat, nequaquam licere per le parcer.

7. Secundū: An in Vigilia Natalis Domini majori refectiuncula vitesibi reficere licet? Respondet licet, duplo ciceriter majori, hoc est, peringere ciceriter ad uicias fidei; & quidem propter paritatem rationis & iustum obsonis, quibus in ceteris Iejunis licet uerius ad eum ex laeticiis praeferre ova. In Vigilia Pachatus, & Pentecostes, nisi legitima sit aliquibi conuato introducta, quia in Sicilis non dum est, nequaquam hinc benignus locum habet.

At utraque est vigilia letitiae, Scio; sed neque habes,

quod in vigiliis letitiae major sit refectio corporalis

alimentorum, cum letitiae sacram audis; ne ad corporales

delicia, sed ad spirituales animum adjicias: iuxta illud

Pauli: *Hoc epulemur non in fermento malitiae, sed in*

spiritu sanctitatis, & veritatis.

8. Quod dictum est de Vigilia Natalis Domini, intelligit etiam ea incedat in diem Sabbati, in quo celebretur jejuniū quatuor Temporum. Ita uterque Sanch. dicit, quia magis dignum trahit ad se minutum dignum: quam etiam festum Natalis sit celebrandum potridie, tempore die Lunæ (quia dies Sabati jam est Vigilia Natalis) hinc prærogativa benignioris refectiuncula illi conceditur.

9. Qui sicut in hac Vigilia jejunare, an possit duplo tentaculo fructus docuimus sup.c.15. §. 7. 13.

Tempus sumendi tentaculum, seu Cenulam.

10. Sub Vespere tentaculum sumpi consuevit, cum introductum ad somnum nocte confiliandum: quia tamen postea jam, ob hanc causam confuerat, ab illud illud hunc est; ideo licet illud meridie assumere, etiam siē necessitate, poteris, reiecta in Vespa integræ refectio. Ita lo. Sanch. d. 5. 3. a. 10. Quod idem probabilitate facere poteris in Vigilia Natalis Domini, quamvis pinguo, modo supra dicto, sit assimilata refectio. Ita Pelli. *Man. Reg. t. 2. n. 5. o. 5. contra Th. Sanch. & Trull. cantic. Diana p. 9. n. 6. 3. f. 17.*

11. Quid si eodem diluculo refectiuncula te sinet, sed potest hora meridianam plenè comedas, serd autem omnino incutens cibum discedas? Respondet: Non audeo sine notabili causa, vel dispensatione id approbare: esset enim aliam jejuniū formam inducere. Sed neque audeo id sine causa facientem condonare de culpa mortali: Colligunt ex illud, tunc quia feretur substantia jejuniū, qua consistit in unica talium ciborum comeditione, & unica re-

fectiuncula, ut iidem loc. cit. docent, tunc quia quod manē deest de media, suppletur satis, supérque vesperē, dum tunc nihil omnino comeditur.

12. Quid denique, si manē, vel meridie te levi refectiuncula, quam Vesperi fieri solet, cœreces, & deinde duabus seu tribus horis à meridie integrā cœnam exhibeas? Respondet: Neque id approbare sine gravi causa, vel dispensatione possunt videbū, enim etiam hæc diversa forma jejunandi: sed nec reprobare sub mortali audeo propter rationes n. præcedenti dicas, ita ex iisdem.

13. Illud facio posse occurtere, ut quis summo matutinū tentaculum, nesciens, vel non advertens esse diem jejuniū, sumat: tunc profecto licet etiam sine causa poterit, sive meridie, sive paucis interjectis à meridie horis, sive Vesperi profecte comedere.

Nam propter illam bonam fidem, tentaculum matutinū poterit inservire pro vespertina refectiuncula; cum bona fides leniat inconveniens duclum à nova forma jejunandi; & non sit cogendum Fidelis plenam sibi debitam refectiunculam in Vesperis, sine sua culpa protrahere.

Quidam dixerunt in hoc casu hanc refectiunculam hora consueta prandere, & deinde serd iterum sumere consuetum tentaculum, præter matutinū casu, & bona fide sumptū. Videatur colligi ex Fag. præc. *Ecc. 4. c. 4. n. 7. Villal. in sum. p. 2. 1. 2. 3. diff. 6. n. 7.* Verum, id approbadum nec in bona, nec in mala fide censeo. Ita *Le. lib. 4. c. 2. d. 4. n. 19. Lay. 1. 4. tr. 8. c. 1. 10. Sanc. d. 5. 2. n. 2.* quia bona, vel mala fides non abstulit, vires verè per illud tentaculum matutinū fuisse refectas. Id ergo in duabus solū casibus approbare. Primum, quando parum quid, v. g. una, vel altera cibi, uincia manē fuisse per errorem assumptas, tunc inmodico alimento refectio nequaquam vires fuerūt, unde non est homo de sua refectiuncula defraudandus. Et quidem Turian. apud Dian. p. 5. n. 5. *ref. 11.* sumenti mala fide per peccatum veniale parvum illum cibum, concedit possè Vesperē confusa refectiuncula, frui: multo ergo magis bona fide sumenti. Secundū: cū serd non abile propter ineditum incommodum aliquis patereatur: necessitas enim tunc licentiam se reficiendi concederet. Non defuit item, qui diceret eum qui sive ignorans esse diem jejuniū: sive scies atque ad eum cum animo peccaminoso non jejunandi, manē predictum tentaculum sumptū: non tērē amplius ad jejuniū, quia jam est (inquit) destructum jejuniū. Sic Bon. d. 6. 1. de pr. *Ecc. q. 1. p. 3. n. 8.* Sed immēritid id dictum esse iudicio, quia adhuc stare posse substantiam jejuniū, nō sero suuendo, vel usus vider.

§. IV. De hora comedendi in Iejunio.

1. *Coniunctum tempus in nostra ætate plenè nos reficiendi, cum jejuniū vacamus, est sub horam meridie plus minus. Meridi, inquam, horologij solarij, quod cetera horologia artificialia per semihoram præcedere solet: Ita Azor. p. 1. l. 7. c. 1. 1. q. 1. Fill. 11. 27. p. 2. c. 4. n. 6. 8. Si qua enī lex inquam tardiore cœna fuit, usū legitime jam est abrogata. Coniunctum autem ita est: ut uolenti tardiis differe uisque ad vesperam, utique libet*

licet: cum rigorosius jejuniū sic exhibeat.

2. At contentio inter Theologos non mediocris in anticipatione desudat. Prolixas, amputo questiones. Ajo primo, non esse de essentia jejuniū Ecclesiastici, nec de præcepto, hora comedendi meridiana: Non de essentia, ut omnes feret DD. *max. cit. contra lo. Sanch. d. 5. 3. a. 5.* concedunt: quia jejuniū essentia est solū unica comedatio, cum abstinentia a certo genere ciborum. Nam propter ea, qui quomodo cum horam comedendo anticipari, tenent ferē omnes ad jejuniū ea die obligari, cum substantia jejuniū non sit adhuc violata. Ita Trull. lib. 3. in dev. c. 3. d. 4. n. 7. *Fig. 4. Ecc. pr. 1. c. 3. n. 11. Thom. Sanch. in conf. lib. 5. c. 1. d. 2. 8. n. 8. Laym. lib. 4. n. 8. cap. 1. n. 11. Fill. 11. 27. p. 2. c. 4. 4. n. 6. 6. Bon. s. 2. d. ulti de pr. Ecc. q. 1. p. 4. num. 5.* Non de præcepto, vel consuetudine obligant, quia quia non nemo illa querere satagit, numquam inventit tamen. Ajo insuper, consequenter non esse mortale, horam prædictam anticipate etiam comedatur summo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

summo mane: ita Laym, *ibid.* n.10. *Fill.* L.c. 5. n. 72. *Bon.* L.c. n. 3. *Lezz.* v. *Iejunium*, n.5. *Toll. lib* 6.c.2.n.5. quia contra *nellum* p. ac p*rum* delinquitur, & corpus toto integrō dic non comedendo, *et* que, ne dicam plus, *mageratur*. Ajo denique, cum dispensatione, vel aliqua *ausazine* veniale quidem esse, sine illis culpam *est*. *modummodo* veniale. Ita *iidem*, quia est aliqua deordinatio tam citiō ad prandium accurrite, *et* quidē ceteri se continent, *et* quia liberat dispensatio (vel causa).

3. Pro iis autem, quos juvat patere meridiem esse
horam se recipiendi statutum sub mortali; nota posse eos
prandere unā horā circiter ante meridiem in hyeme Ita.
Ioan. Sanch. d. 53. n. 1. Trull. in dec. lib. 3. c. 2. dub. 4. n. 2.
& duabus in aestate: Ita Boissius selt. 4. de Iuliano. 18. n.
100. Ratio est, quia una hora ante, vel post, sub hunc prae-
cūsum meridiem hyemalis, & dupl. ante & stivum, quando
longior est dies, potest hac in re meridiis moraliter ha-
beri. Hinc quoniam mendicantes, quinque eorum prī-
legia participant, gaudent privilegio anticipandi re-
flectionem jejunij per horam. Ita Comp. priu. Soc. Iesu, 2.
ideo poterunt hi prancere duabus horis hyeme, tribus
aestate ante meridiem solatis horologij; nam unam, vel
alteram dat moralitas meridiis, reliqua Pontificis con-
cessio. Et quia multi probab. iter concedunt, comedere
semihora ante statutum, vel concessum tempus, etiam
sine ea, sa no. 1 esse notabilem culpam, quia parum pro
nihil reputatur. Ita Diana p. 5. m. 5. ref. 10. & p. 1. 1. 9. ref.
27. Fil. Istr. 27. p. 2. c. 4. n. 73. idecirco hyeme poterunt hi
duabus horis cum dimid. aestate tribus cum dimidia
ante Solarem meridiem mensa accumbere; & quidem ex
causa studij, itineris, negotij, &c. etiam sine veniali.
Atque haec quantum jejunantibus favent, etiam in op-
pinione illa rigorosam vides.

4. Illud denique hic proprium sibi vindicat locum. An in Quadragesima licet ante recitatas Vespertas comedere? Prescribitur enim in *Missali Romano rubr. fer. 4. cin.* Vespertas eo tempore esse recitandas ante comedendum. Respondeo tempore, sive iis, qui in Choro Vespertas persolvunt, sive iis, qui extra chorū. Ita Medina c. de *jejunio*, q. 2. s. *Cajet. in summ. 2. Iejunium. 5. hora comperen. Nav. var. c. 21. Manual. n. 27. Fagund. prae. Eccl. 4. lib. 1. c. 3. n. 9. Regin. lib. 4. c. 13. n. 159.* Ratio est, quia horae Canonicae non habent hanc connexionem necessariam cum jejunio: solum ita congruenter servari disponitur (non jam iubetur) per Rubricas, ne Vespereum Officium differatur, si decantandum sit post eccliam jejuniū, quo valde serd facienda supponitur in Quadragesima; Imo, quia apud nos jam inolevit usus comedendi circa Meridiem opportunitius esse post meridiem, atque adeo post comeditionem, sua scilicet congruenti hora, Vespertas recitare. Cum Roma Sacerdotio ego initiatus recenter fuisset, operamque Rubricis ediscendis de more darem, narrabat quidam ex meis sodalibus Robertum Bellarminum Sapientissimum, atque *Sanctissimum Cardinalem* folium dicere, sicut congruentius esse nostra hac temestate Vespertas Quadragesimales recitare post prandium, quam antea: *Nam apud maiores nostros (dicebat prudentissimus vir) videbatur ad horas Vespertinas, & in Quadragesima quidem longe post Nonam. c. folient, de conseruatis distibit. i. at nunc si jam a statuta hora est cena dejecta, & in prandium mutata ascendit ad Meridiem; ne quiso per nosam licentiam deficitur hora recitationis. Officij Vespertini, contra debitum ritum ad tempus ante meridianum transmittatur. Hac Bellarminus.*

§. V. *Quædam de obligatione Iejunij, ubi:*

De media nocte, qua ratione hic intelligenda.

1. **F**range jejunium etiam unius tantum diei, semper existimatum esse mortale peccatum, communis docet Theologorum sententia. Ita Valp. p.2. q.72. art. 6. disptm. 1. quest. 8. n. 8. Suarez 3. p. rati. 4. d. 2. sed. 4. num. 22. Sanchez lib. 9. de mahr. d. 1. num. 6. &c. non autem

tem esse culpam duplarem, sed unam contra Temperantiam, cum praeceptum Ecclesie jejuniunum constitutur in materia Temperantiae, docens idem. Nisi forte ex intentione inobedienti, vel ex contemptu Superiorum non jejunes: tunc enim non est mirum, si superaddat alia species peccati, ut ex se patet.

2. Porro circa obligacionem jejuniandi notanda sunt sequentia. Primo: si plutes comedas Quadragesimalia die jejuniu, soliti in secula plena refecione peccas: Ita Th. Sar. lib. 5, in dec. c. 1. n. 42. alter Sanch. d. 3. n. 42. at si carnes, toties, quoties, ut supra dictum. Et scilicet,

3. Secundo: Qui initio Quadragesimae statuit nonquam in illa jejuniu, unum numero, sed gravius, nempe a quibus multiplici omissioni, peccatum committit. At in executione tetrici peccati, quoties diem jejuniu frangit, vel quoties carne vescitur: quae cur ita sint, & quia ratione in Confessione aperienda, ex a nobis dictis in opere exp. conf. lib. 2. facile colligent.

4. Tertio: Jejunandum esse ex praecepto Ecclesie in Quadragesima, in Vigiliis, in Quatuor Temporibus, & in omnibus diebus forte ip. Diececi ab Episcopo decrevis.

5. Quartu: Qui jejuniunum solvit obligatus ex duplia Ecclesie praecepto v.g. Vigiliae, & Quatuor Temporibus, vel Vigiliae, & Quadragesima, &c. unum numero peccatum committit: quia utrumque obligat ex eadem Temporante v.g. Ita Vasquez p. 2. q. 9. art. 6. d. 9. n. 8. Statet 3. pt. 4. sett. 2. n. 22. Sanch. lib. 9. de matr. d. 2. n. 6. aliquid. At qui solvit jejuniunum, v.g. Vigiliae, quod is forte vovet, vel illi ex profecione sua Religionis impositum erat, dissipati, specie peccati peccat. Ita Sanchez ibid. Vasquez ibid. 9. quia tunc, adversus Temperantiam arde adversus Religionem agit.

6. Quinto: *Lejunium Ecclesiasticum* incipit à media nocte in noctem medium subsequentem. Ita *Sylvestri* v. *Ia jun. n. 18*, *Azor. p. 1. lib. 5. cap. 15. quæst. 6.* & *passim*. *Quoniam* vèro *diximus supra* *s. 4. n. 3.* *Meridiem* in hac *jejunij* materia moraliter esse *sumendum*, atque adeò *comprehendere* medium circiter horam inter ipsum *punctum meriditici Mathematicum*, & medium *postea* *querimus*, an idem *dicendum* sit de media nocte.

7. Certè in jejuno naturali requiritu ad sumendum Eucharistiam, Mathematicè sumendum pro comperto habeo; is est enim opulentum Fidelium sensus, ut ex aliis dictis colligi potest: At in Ecclesiastico; tantus requiritus rigor non est. Ut clarior evadat solutio, fac in Equinoctio, in quo media mox incidit in horam sextam Italiam noctis, adesse obligatione jejunii ita, ut die sequenti si jejunandum; praecedenti vero: pia- cesserit dies liber a jejunio. Nam inquirio, mediâ hora post sextam noctis, licetne possum carnes comedere? Si Mathematicè media nox est in materia jejunii acci- pienda, non possem, ut ex se patet: si vero moraliter possem; quia media hora post sextam pertinet ad me- diam noctem moralam, atque adeò ad diem in praecedentem liberum a jejunio: quare cum morali modo datur ab Ecclesia hoc praeceptum, ut catena similia dari solent: consequenter sit, ut tunc licet carnes comedan- tur, cum nondum pertransierit media nox moraliter sumpta.

8. Dico tamen prīmū: si quis non multūm attēndens ad sciendum, utrūm in hoc pūnctō sit media nox, nēcne; verūm humano modo procedes non cūret exāmē ad īōre mathematico, sed sōlūm moraliter cognoscere; comedātique earnēs circiter illud tempus; non pēccat quāmvis reverā fūrūt hora sexta cum dimidia noctis. Ratio est mēdō infinita, quia p̄cepta hac non tam rigorosa, moralī modo sunt intelligenda, ne fidele cogantur tam subtile apices à communi procedēndi modo alienos investigare.

9. Dico secundò: Si quis sciat, vel facile ex horologis, seu aliunde scire potest, punctum noctis media Mathematicum: secundum illud debet se gerere, nec post illud, ne per minutum quidem in easu proposito potest carnes comedere. Ita Ioan. Sanchez disputatione 42. n. 20. inquit

deo. Si bona fide Domini procedunt: imperando laboreis qui communiter imperant solent, etiam si auferre valeat non peccabat. Ita Bon. t.2. d. 11. de Pr. Eccl. q. 1. n. 9. Sanch. in consil. 5. c. 1. d. 9. n. 2. quia utuntur jure suo, praecipiendo quod possunt servis: qui servi nec item peccant, quia ex officio laborant, atque ideo legitimè à jejunio, ut mox in proprio loco dicimus excusantur, imo propter eandem rationem poterit quis ex Escobar. tr. 1. c. 13. de jejun. n. 3. operarios conducere cum pacto, ut non jejunent, ne alias minus laborent. Ita DD. mox citandi.

Caupones, & iij, qui cibos vendunt.

6. Quando probabiliter putantur accidentes ad hos non violaturs jejunium, posse caupones, & vendentes cibos iisministrare, vendere, atque invitare, pater ex se Sed quid, si si dubium; adhuc poterunt: quia, nisi certò constat contrarium, nemo est presumendum malus: atque aded, non est presumendum jejunium violaturus.

7. At quando probabiliter, vel certò sciunt violaturos; concessus est difficultius. Comeamus tamen satis probabiliter. Ita Sanc. lib. 5. consil. c. 1. d. 6. n. 2. lege item Dian. p. 1. tr. 9. ref. 3. & cundeps. Sanch. lib. 1. in dec. c. 7. n. 3. 2. Ratio concessionis est, quia ministratio illa, imo ultronea invitatio non fit à Caupone, vel Venditore directè alliciendo ad non jejunandum, atque aded peccandum; sed ad lucrum expiscandum, idque sciunt; probèque noscunt ementes; & ex alia parte, illa subministrandi, atque invitandi actio, opus est ex se indiferentes, cùm possint illi cibis ad licitum usum; & quamvis per malitiam accedentium conjungatus talis empirio, cum peccato transgressio- nis præcepti, vendentes tamen excusantur propter officium quod ipsi sine fraude exercent: eodem Caupones posse nolle recipere, eos qui coenari non sunt, modò ex circumstantiis illud nolle, & quivaleat coactioni; probabiliter est sententia. Tunc enim non coquellunt ad coenam, sed utuntur jure suo, dum hospites alliciuntur: Cujus rei clara conjectura est, quia iij possent, si vellet, solum coenare non præmitendo prandium, & sic non violare jejunium, quare sensus Cauponum est hujusmodi: Si tu velis apud me divertire, mane à cibo abstineas, coenaturus apud me vespere refecis de alio hospitio tibi conside. An Caupones possint ministrare carnes, innuam per occasionem mox n. 14.

R. IV

Amici.

8. Quidam die Quadragesimali nobilem per familiarem hospitio sub vespertas recepturus lautissimam coenam ex permisitis cibis, atque lacticiniis, ut erat dives & libertatis amans, cùm paravisset; cognovit nobilem illum amicum cum toto comitatu opipare per viam apud alium hospitium manè comedisse: incidit ergo in scrupulum, an posset sicut coenam expectatis hospitibus proferre, offerre, ministrare; imo & eodem invitare ad se reficiendos, certus non paucos ex comitatu sine illa necessitate jejunij leges violaturos, ac sine buila lacticiniis le refecturos?

9. Diximus primò: (nam Nostros consilij gratia conuenit) parare coenam, proferre, ministrare urbanitati gratiā eurū licet posse. Ita Trull. lib. 2. in dec. c. 2. d. 5. n. 18. Anglez in floribus, q. 7. de jejun. difficult. 4. in concl. quia ex una parte ratio Hospitij excusat, & ex alia haec sunt opera indifferentes, nec ex se malas poterunt enim hospites prout tantum ex ea coena si velint, accipere, quantum sufficit ad vespertinam refectiunculam, si plus assumant, sibi imputent, cùm scire debeant, haec fieri solere ad ostentationem liberalitatis, conciliacionemque amicitiae: non verò ad eos omnes cibos ventri infarciendo.

10. Diximus secundò: haec exhibere ex directa intentione, ut hospites coenent, licet non posse; quia id est velle eos hic, & nunc peccare, ut modò n. 1. dictum est.

11. Diximus tertio: posse licet tum paratis fortè alibi coenare: sic Escobar ex S. exam. 13. tract. 1. de jejun. c. 3. fin. tum etiam non paratis offere coenam, cosdēmque

R. invitat.

§ VI. De obligacione non cooperandi cum aliis in fractione jejunij.

¶ Unum certum sit, coemitionem indebitam ministrare. Cœlicui Fideli ex intentione, ut ille jejunium frigat mortale; est enim directè intendere tē moraliter iniquitatem, an id sit, si sine hac intentione ministrum coemito? Id ergo, ut ordine quarum, dicamus de Patre, vel Domino: Secundò, de Cauponibus, dôque venditibus: Tertiò, de familiaribus, & amicis. Dicit alius Fideli: Nam respectu Iesu Christi, vide quae dicit: §. 1. n. 13. & 16. & universi plurimæ cooperatione cum alieno peccato dicentur, Deo dante, lib. 5. c. 1. §. 3.

Pater, & Dominus.

1. Patrem, & Dominum ad compellendos filios, vel similes, ut iij jejunent, non obligo. Ita Fag. pr. Eccl. 4. 1. c. 10. n. 11. fin. Sanch. lib. 5. consil. c. 1. d. 17. n. 4. Azor. p. 1. l. 2. c. 10. 12. ad monendum, corrigendum, modestèque in- spandam, obligati eodem puto. Ita idem. Ratio est, qui filii, ac servi, iuxta illud 2. ad Timoth. 5. Si quis suorum, & maxime domèsticorum, curam non habet, sicut ne- gavit, & est insidiæ deior, ad Patrum, Dominumque utique citum pertinet. Et quia iij non sunt horum Praetati, nec sicut in his jurisdictione exercent, monere pos- sunt, atque aded debent: non verò compellere.

2. Quare poterunt, imo & debebunt illis cibos, quamvis faciant eos non jejunantes, ministrare; quia ex una parte haec subministratio opus est ex se indifferens; & ex alia Patrem, Dominumque excusant proprium officium, sicut cum debita liberalitate præbendi, modò scindunt authoritatem, quia iij in illos polent, nonneant, & incipient, prout dictum est.

3. Ipsi item famili, filii, similesque subditi poterunt Dominum, Patribūque frangentibus jejunium, scienter cibos parare, ac ministrare. Ita Azor. p. 1. l. 7. c. 31. q. 11. Sanch. lib. 1. in dec. c. 7. n. 13. quia haec sunt opera ex se indifferentes, & ex alia parte, familiatus, ac filiationis ratio- nis satis excusat.

4. Ipsi item famili, filii, similesque subditi poterunt Dominum, Patribūque frangentibus jejunium, scienter cibos parare, ac ministrare. Ita Azor. p. 1. l. 7. c. 31. q. 11. Sanch. lib. 1. in dec. c. 7. n. 13. quia haec sunt opera ex se indifferentes, & ex alia parte, familiatus, ac filiationis ratio- nis satis excusat.

5. Sed quid? Possunt liceat Domini, laboriosas actio- nes servis, filiisque, imo & operariis imperare, quibus consequenter sit, ut hi a jejunij lege liberentur; Respon-

Pars I.

invitare, nonquidem animo, sicut dictum est, ut hospites oblati acceptent, atque completerent; sed animo, ut sua hospitis liberalitas appareat, amicitia que signa videant amici: nullo autem modo potest cogere, ut comedant. Ita Dian. p. 1. tr. 9. ref. 38. aliquis ab eodem citatus & rursus, late p. 5. tr. 7. ref. 38. ex Hurtado. Ratio priori dicti est, quia ea obligatio; & invitatio eodem modo tunc se habet, ac modis dicta subministratio, & prolatio ciborum, appareat enim clarè esse merum urbanitatis signum: & ex alia parte ex se opus indifferens, cum invitentur amici ad comedionem, quia sit merum jentaculum; non ad omnia deavoranda. Ratio posterioris dicti est, quia si urgeret absolutè (nam urgere explesè ad solum jentaculum, non est, ex ullo capite culpa) urgeret ad actionem hinc, & nunc moraliter peccaminosam.

12. Diximus quartò, laetitia etiam ponit ministrare, eaque offerre hic, ubi viget usus Bullæ Cruciatæ. Ita Sanchez. l. 5. conf. c. 1. d. 16. n. 3. Ratio est, quia sensus offerentis semper intelligitur conditionatus, ut scilicet ea qui comedat, si licet potest. Quid si certè sciatur accumbens carere Bullam, & tamen sine necessitate ea manducaturus; Sanc. lib. doc. non posse, quando est dubium, an accubentes habeant Bullam: unde sequitur multò minus posse, quando est certum. Sed profectò, si sit dubium, potest; quia in dubio nemo est judicandus immemor esse sue salutis; at si sit certum, non poterit, nisi iusta, ac proportionata urgeat causa: quia tunc sine causa excusante esse offendiculum ipsis proximo ad illud peccatum, quod facile removere posset: facile enim posset, si causa nulla te ad ea ministranda cogeret.

13. Diximus quintò, si invitans commodè potest, ut si nec inurbanitatem sibi exprobrandam, nec aliud malum timeat, multò magis si speret futurum, ut sua monitione invitati ab illa peccaminosa refectio se retrahant, obligari ex Charitate ostendere se ex parte sua eos cibos præparasse quidem, & obliuiscere, ad eosdemque invitasse: ceterum velle, ut quisque sua conscientia consulat. Ratio est, quia tunc Charitas dicitur, ut quia facile potest peccato proximi occuratur.

14. Diximus denique sex ad uberiorem doctrinam, Patrem hunc familiæ nullo modo carnes parare, ministra, vel ad eas invitare accubentes posse: Ita Laym. Less. mox. eit. quia tunc (ut supponimus) peccarent invitati comedendo; quare sine ulla causa (neque enim ratio hospitij causam dat, ut diebus jejuniis carnes apponantur cooperaretur) Pater familiæ ejusmodi peccato. Non sic accedit cauponii, inter hereticos, & Catholicos degentis, à suo enim officio fortasse in quibusdam casibus excusabitur, ministrando simili carnes, & cibas quadragesimales tempore jejuni: de qua re vide Laym. lib. 2. tr. 3. c. 13. n. 5. Less. lib. 4. c. 2. n. 23. Filliuc. rr. 27. p. 2. c. 5. n. 92. Castro. Pal. in 2. disp. 6. de charitate, p. 14. & nos in fr. lib. 5. c. 1. §. 3.

§. VII. De excusationibus à jejunio.

CAUSE excusantes à jejunio multiplices sunt; quæ cordis, & charatis gratiæ, opera pretium erit distinctè percurtere.

Atas.

1. Qui vigesimum primum annum non complevit, ex S. Th. 2. 2. q. 147. art. 4. ad 2. & passim DD. & qui sexagesimum annum attigit, quamvis nondum illum compleverit, excusat à jejunio. Ita Ioan. Sanch. d. 54. n. 10. Trull. lib. 3. in dec. c. 2. d. 4. n. 3. ille propter adolescenti necessitatem, hic propter vires (licet robustæ alias apparetant) jam senio declinantes. Qui anceps est de sua aetate, quid faciet, diximus sup. lib. 1. c. 1. §. 7. verb. Atas.

2. Porro, quoad hæc, Dubitabis primò, si quis in prima hora media noctis hoc die, quo jejunandum est, cibarum annum vigesimum primum, obligandum ne erit ad jejunandum hoc eodem die?

Respondeo, compleat ex eo, quod ipse natus sit in

ipsa media nocte, ita ut privata jam dicta fuit terminus extrinsecus sui natalis, obligabitur: quia tunc tunc dies, cuius initium dat hæc prima hora, pertinet ad annum vigesimum secundum talis aetatis, quo urgenter præceptum: At si compleat ex eo, quod natus sit ipsa prima hora media noctis, ita ut dicta prima hora sit terminus intrinsecus ortus sui, non obligatur. Ita Io. Sanc. l. 6. n. 4. Dian. p. 1. tr. 9. ref. 49. Bonac. c. vult. de præc. Ecl. p. ult. n. 7. quia tunc illa prima hora pertinet ad complemendum intrinsecum anni vigesimi primi, in quo tunc atque adeò etiam in hoc complemendo, habet adolescenti jus comedendi; Cum igitur possit hac hora comedere, & deinde non sit fraudandus communis refectio, quæ conceditur jejunio, bis legitimè comedet præceptum, adeoque, ut ex dictis liquet, legitimè jejunio liberabitur. Atque hæc excusatio multò erit clarior, si annum vigesimum primum compleat hora secundā, post medium noctis, tertiā, quartā, cæteris.

3. Similè quid præterea eveniet in sene: non enim obligabitur jejunare eo die, in cuius prima hora intrinsecus attingit annos sexaginta, ut ex dictis item patet.

4. Quod si quis compleat annum vigesimum primum post aliquot dies quadragesima, certè solum ad consequentia jejunia obligabitur: ut contraria, si qui attingit annum sexagesimum post ejusdem aliquot dies, ad ipsam consequentia ponit obstringetur: Ita Sanchez. lib. 5. conf. c. 1. dub. 2. n. 8. Læzana. v. jejuniū. n. 6. aliquid. Ratio est, quia præceptum jejuniorum in diebus quadragesimæ dividuum est; quare potest urgere uno die, & non alio.

5. Dubitabis secundò, èstne probabile fominam non obligari ad jejunium, si pertinet ad annum etatis quinquagesimum; Respondeo, mihi non videri probabile: quia non invenio jus, nec consuetudinem, nec rationes hanc sententiam solidè confirmantes. Ita Fag. 4. Ecl. p. 1. 1. c. 8. n. 11. Layman. l. 4. 1. n. 2. Io. Sanc. d. 54. n. 11.

Quod enim dicunt fominae facilius feneferi, non convincit: quia ex alia parte jejunio, ut omnibus est compertum, non perinde ac homines, hoc est, non multum mactantur. Non infior interim, si quæ debilius notabiliter sit, posse excusari: verum non erit tunc ex aetate, sed ex mala valetudine dicta excusatio.

6. Dubitabis tertio, Religiosus, qui nondum complevit annum vigesimum primum, tentur ad jejunia per suam regulam, mortaliter indicta; Respondeo, probabile est obligari: Ita Ioan. Sanc. d. 54. n. 3. S. v. Jejun. n. 3. Thom. Sanc. in dec. lib. 4. c. 11. n. 56. Fag. pr. Ecl. 4. i. c. 8. n. 6. quia aliud est vinculum Religiosum, quo tentur dicti Religiosi ex vi regulæ; aliud Temperantia ex vi præcepti Ecclesiastici: Non igitur si uno non astringatur, alio liberabitur: cum non valeat illatio quæ à diversis. Sed notabiliter est etiam non obligari. Ita Ascan. Tamb. tom. 2. de jure Abb. d. 12. q. 2. n. 41. ult. ed. Med. l. 1. sim. c. 4. §. 10. Graff. 1. p. 1. 2. c. 37. num. 41. apud Ioan. Sanc. l. c. qui præsumit potest nullam regulam velle sub mortali vrgere eum ad jejunandum, quæ Ecclesia obligare non solet. Vtraqæ sententia tutæ est, & excipi sine timore potest. Limita, nisi regula explesæ, vel tacite (quod ex verbis ipsius colligetur) includat etiam nos minores adolescentes: tunc enim ad jejunium hi ex vi voti à se emissi obligantur.

7. Quid, si regula præcipiat, ut à suis Religiosi serventur jejunia Ecclesiæ, tenet buntur Minores anno vigesimo primo, ex vi regulæ eadem Ecclesiastica jejunia custodiare?

Respondeo, cum Ioan. Sanc. l. 6. n. 6. Diana p. 1. tr. 9. ref. 16. si id præcipiat regula, solum ut dicam, demonstrativa, tanquam id, quod de jure inest, hoc est, veluti memoriam revocet. Ecclesiastica præcepta, nequam tenebuntur: quia hoc modo non additur nova religionis obligatio: sed pristina tantum recollitur, prius, qui alias per aetatem obligantur, at si id regula novo mandet præcepto, utique ut ex se patet, tenet buntur.

8. Ex dictis colligo, an obligentur sexagenarij ad jejunia prædicta ex se sola regula obligantia? Dico enim probabile

prævalere libertatem, & exemptionem senectutis, quæ est certa; dubitari autem de præcepto, an scilicet hoc dictam statutum comprehendat.

13. Ad rationes negantium respondere possum. Ad primam, prescriptum Pontificis sive regulandum iuxta morem ipsiusmet Pontificis in legibus de ieiunio ferentis; non ergo pro tempore tam propter astatis. Ad secundam, nego Meliorum negligere opus impositum impositum enim ieiunium fuit solum pro tempore antecedente annum sexagesimum, nempe iuxta morem Ecclesiæ. Ad tertiam (ut interim alias explicaciones racciam) dico opus subrogatum debere sapere naturam rei, cui subrogatur, in favoreabilibus. Vide sup. 16. §. 4. n. 35. non verò in odiosis, & ex alia parte communis est Doctrina, posse vota perpetua in actiones temporales a Confessario, nèdum à pontifice commutari. Ita Sanch. lib. 4. in dec. c. 4. n. 54. Diana p. 1. r. 9. ref. 20. Fag. lib. 4. in dec. c. 1. r. 54. Sanch. lib. 4. n. 4. fin. Laym. lib. 4. tr. 8. c. 2. n. 2. Votum ieiunii non præsumuntur nisi contrarium est, quia non intenduntur nisi ad modum legis Ecclesiæ. & ratio ulterior est, quia post annum dictum ieiunium subiectum incapax ieiunii propter vires sanguinis, ac tunc ad ieiunium non obligatum.

legitimum Voto Caſtitatis à Pontifice subrogatum, an obligare sexagenarios.

10. Facit ad hoc argumentum Lectori non ingrata punctum: illustris quedam virgo exoravit à Sancto Pontifice Voto Caſtitatis dispensationem, ad Matrimonium cum pari adolescentem contrahendum, impossibile fuit in voti communionem ieiunium in qua tunc sexta Feria, constante saltem Matrimonio, ieiunari annos prodixit Mulier usque ad sexagesimum, & amplius, patiue fortuna viri; uterque tam validis ieiunis, ex adolescentiam agere videretur: qualitera fuit. An obliganda Mulier esset ad prosequendam ieiunia?

11. Fuerunt Theologorum, quibuscum ego quæſtio-
nem communicavi, divisa sententia: Negabant non-
nulli. Primo, quia veluti in matrimonium confabat, ita
confite juxta Pontificis prescriptum debet ieiunium:
Secondo, quia inconveniens esset eam mulierem gaudere
votis dispensatione, castitatem non servando, & negli-
gitio opus loci Caſtitatis impositum: Tertio, quia subrogatio
sunt naturam rei, cui subrogatur. s. c. de re uxori-
tatione. c. Ecl. 1. §. 2. ut lit. pend. s. ergo perpetuum
votum, perpetuum esse debet & ieiunium. Voto
obligatum: Quartuſ, quia ciuili modi ieiunii iniunctio vi-
deatur tenui ad hanc conditionatam concessionem:
Quod in Matrimonio fui, tandem exhibe ieiunium;
non ergo sciens licet ieiunium, si adhuc eidem datur
Matrimonio fui.

12. Concedebant alii: Primo, propter illud fundamen-
tum, quod modi attulimus, quia scilicet votum ieiunii
non obligat, nisi iuxta mensuram præcepti Ecclesiæ, idem,
quod propter patrem rationem videtur esse in penitentiis.
Confiteor impositis, cum igitur ieiunium tali mulieri
imponam, vel equipollat voto, vel penitentiis, eas
iustas conditiones participabit, atque ad eam mensuram,
tamen imque habebit in anno sexagesimo: Secundum,
non est habendum plus Pontificem, velle obligare
hanc feminam, quam obliget ipsiusmet Pontifex, prout
est legillar universalis, obligatque subdit ad ieiunium;
sed ipse tunc non astringit. Fideles post annum sexagesimum, ergo, &c. Tertio, quia ratio fundamentalis, cur sexagenarius etiam robustarum virium ad
ieiunium non obligetur, est, quia tanta ætas ad debilita-
tum vergit; jam peto, si hæc mulier, quando erat junior
in gravem morbum incidens, nonne exculsat fuisse et
tali ieiunio? Vtique, ut omnes fatemur: ergo & nunc
tristis post sexagesimum annum, etiam si videatur
hæc robusta valetudinis: Probat hæc consequentia,
quia sexagenaria verè intrinsecè infirma est, cum ætas
prosternit iuxta illud: Senectus ipsa est mortis, magnis in-
limitibus equipollat. Quarto, nunquam præsumi-
tur aucto præceptum obligans, nisi de obligatione con-
fiteat ad dubium saltem est; an hæc obligatio urgeat præ-
ceptum, quod possidet: dico enim ego

Part I.

14. Excusari à ieiunio notabiliter infirmos, ac valen-
tinos, res est certa, nimis, etiam si in infirmitatem in-
cidet propria culpa. Ita DD. mos citandi. Idem dic de
iis, quibus ieiunium infirmitatem parit notabilem, ut ca-
pitis virginem, stomachi dolorem, &c. Ita Fag. pr. Ecl. 4.
lib. 1. c. 8. n. 13. Trull. lib. 3. in dec. c. 2. d. 7. n. 4. Sanch. lib. 5.
conf. c. d. 14. n. 10. idem de illo, qui ita Romacho debili
figet, ut unicam plenam refectionem, quanta ad plenam
nutritionem est necessaria, sumere non possit; enim co-
getur sumere duplum, atque ad eum legitime ieiunium
violabit. Ita Sanch. ibid. n. 11. Idem de infirmo, cui fortè
conducere ad sanitatem ieiunia: Ita idem ibid. n. 2. tunc
enim quia vere est infirmus, liberatur à præcepto ieiuni-
andi; esto, per accidens proficuum aliunde illi sit ieiuni-
um. Vnde, si non ieiunet, peccat; peccabit enim con-
tra Temperantiam, vel contra propriam Charitatem; non
verò contra præceptum Ecclesiasticum dicitur ieiunando.
Idem de eo, qui noctu dormire per notabile tempus non
potest, nisi coenat, nimis enim esset onerosum sic ieiuniare.
Ita Fag. l. c. Ioan. Sanch. d. 54 n. 13. Laym. lib. 4. c. 3.
n. 2. Nec si hunc obligo mani jentare, sèque sero plenè
reficere: quo pacto jam ieiunium sartum teatum, ut ex
supradictis patet, conservare. Non Obligo, inquam, licet
id commode facere queat: quia nemo in ieiunando est
obligandus ad extraordinaria remedia, & ad relinquentia
duum ius comedendi circa meridiem. Sic Th. Sanc.
l. c. n. 10. Ioan. Sanch. l. c. Fag. l. c. n. 10. Idemque demique
de eo, qui de nocte absque perfecta cena calefieri nota-
bilem nequit, Ita Fag. l. c. Thom. Sanch. l. c. n. 10. quia id
non contemendum latitatis detrimentum judicatur.

15. Addidi in predictis casibus illud notabiliter, vel
notabile: quia norare volui, non quodlibet leve valeru-
dinis detrimentum, quale est regulariter, v.g. duplex ha-
bere eautum, contra Ioan. Sanch. d. 14. n. 1. vel ex-
corporare, & brevis, remissusque dolor capitis vel quid
simile; sed verò grave, (licet fastidio) propter Ecclesiæ be-
nignitatem, non necessariè gravissimum. I debere esse
illud, quod à præcepto ieiunandi liberum hominem redi-
dat. Insuper non est expectandum ipsum actuale detri-
mentum; sufficit enim timor rationabilis de domino
per ieiunium inferendo: timor, inquam, non levis; sed ma-
li notabilis, notabilis timor.

16. Verum enim ecce nodum non facile à scrupulo-
sioribus dissolvendum; Ecquānam ratione hujusmodi
gravitas est mensuranda: De gravitate timoris satis
dixi, cum rationabilem cum debere esse dixi; & com-
muniter conscientia ipsius ieiunantis sufficit, quā bona
fide, sive ex experientia præterita, sive ex probabili
ratione putat sibi graviter nocitum ieiunium: Ita

Ioan. Sanch. d. 51. n. 24. Idem nonnulli recte dicunt de ipso danno: credendum enim est ipsi jejunanti, qui bona fide sit persuaderet jejunium, sine gravi damno se tolerare non posse. Ita Sanch. l. 1. in dec. c. 17. n. 2. Suar. de leg. lib. 3. c. 24. fin. Sà v. *Lejunum* n. 14. alioque. At huc Lamen scimus scrupuloso satis, qui licet fateatur id judicio prudentis esse dijudicandam, facilius enim uni jejunium officiet, quam alteri; tamenque ratione id judicium fieri cum facilitate posse; à nobis doceri expectat, habeat ergo regulam illam quam, ut expeditissimam Doctores cit. & *passim*, communiter huc aferunt.

17. Illa infirmitas, seu illud damnum salutis notabile est quod operationes ordinarias cuiuslibet personae impedita ut, qui consueto suo operandi modo eas exercere commode cum jejunio nequeat, graviter alio offendit censendus sit: Hinc, si scolasticus ex jejunio capite dolet, vel quomodounque cum difficultate studeat: Si mulier ex debilitate jejunii servit domus incommode operetur: Si vir quilibet suum officium, atque jejunando difficulter exerceat, & similia, ex hoc capite damni à jejunio legitime excusabuntur. Nutrientes, pragnentesque, hoc reducuntur. Ita Cajet. in *sum. v. Lejunum. cap. 3.* Azor. t. lib. 7. cap. 17. g. 6. Sanch. lib. 5. conf. c. 1. dub. 14. n. 12. Dian. p. 1. tr. 9. ref. 14. propter salutem enim sive infantis, sive suam, jejunio communiter excusantur: carnes autem tunc solum comedere nisi conceditur quando sic complexio, & necessitas earum, vel infantium expoferit: idque etiam puto, antequam foemina concipiatur, si à Medicis judicentur jejunia matris nascititia proli suscipienda: quia multum grave est, feminam uxoriam, prolein probabiliter in utero concipiendam fovere non posse sicut enim alia remedia, sic convenientia alimenta poterit, in modo & debet ponere: ne fœtus forte concipiendus elangueat.

Ars laboriosa.

18. Officium, seu ars, quam quis exerceat, sit ex se laboriosa, hominem per se liberat à jejunio. Ita DD. cit. & *passim*, & ita quidem, ut etiam in illo exercito quis inveniatur posse tolerare jejunium, adhuc ad illud non astringatur, ex declar. Eug. I V. an. 1440. in *comp. prin. Fratrum Min. v. Lejun. n. 2.* apud Fag. p. 1. *Eccl. 4. lib. 1. c. 8. n. 15.* quia semper aspiciatur à lege id, quod est communiter, per se. Quare posito, quod les universitatis omnes atem laboriosam exercentes excluserit, non erit hic includendus. Adde rationem, quia laboriosis artibus vacantes, frequenti indigent refectione, ne in debilitatem, quando minus putant, labentur. Hinc Arater etiam robustus, patientissimumque *edit*, contra Reg. lib. 4. c. 16. n. 216. in modo etiam ditissimus, ex declar. cit. non obligatur ad jejunium; quia per se omnes aratores excusantur, & ex alia parte Ecclesia non intendit privare Fideles suo officio, modique vivendi. præterea, quanvis exercitia ex se non laboriosa obligationem jejunandi subjacent; tamen, si quis ita sit debilis, ut suum officium aliis leve, ipsi sit laboriosum, à jejunio per accidens hoc est, ratione sua complexionis, excusabitur: Ita Th. Sanch. in *conf. lib. 5. c. 3. dub. 6. n. 8. Reg. l. c. n. 219.* quia pia Mater Ecclesia cum tanto dispense obligare Fideles non intendit: Hinc Scriptores, verbi gracia, obligantur ad jejunandum, quia scribendi officium levius est laboriosus; fortè modice jejunans facilius scribet, quam cibo refectione: tamen si cui Notario ita laboriosa succedit scriptio, ut sic duplice refectione suum munus obire nequeat; excusabitur certè per accidens, ratione sua complexionis.

19. Hæc Doctrina ante oculos in tota hac materia per diligenter habenda est; sit enim frequenter, ut in aliquo Doctore invenias excusari quæcumque à jejunio, sed per accidens: tu vero credas excusari per se, regulâque ad omnes alios minus legitimè deducas. Nudius certius fuit, qui referret quendam Theologum non vulgaris literaturæ, excusasse à jejunio hominem equo iter agentem; audibatque Theologas (ut idem refere-

bat) rationes, quia succussans equus ita male hormintrahabat per integros dies, ut satis laboriosum illis fuisse illud iter esset; quibus verbis clarè excusatio per accidens fuit, non per se, ille tamen, qui solutionem nascit, acriter contendebat Theologum in ea esse sententia, ut iter quoque agentes excusandi sint à jejunio. Cumque ego inculcam, iustinodi excusationem nequam universalem, sed tali peculiari personæ addictam fuisse, nonquam constanti vir veritati manus dedit. Deus immortalis quantum refert, non apices rerum aspiceret, sed interiorum earum viscera penetraret!

20. Si queras, quænam sunt officia ex se laboriosa. Dico ea esse, quæ exercentur cum magna agitatione membrorum corporis; tunc enim multi spiritus communtur, unde & ciborum auxilio opus est; & inedia, quæ magis corpus excedit, non est addenda.

Porro, plura sunt exercitia clarè laboriosa, plura manefestè non laboriosa; plura denique de quibus, qualia sunt, dubitatur; suo igitur ordine breviter singula delibamus.

Exercitia per se laboriosa.

21. Fabri Ferrarij, Lignarij, Murarij, Fossores, Agrikolæ, seu Aratores, Lapidicidæ, Bajuli, id est, onera per die integrum portant, Pistoræ, seu panem conficiunt; Texores, Molitores, Fullones, hoc est, qui tout die panis, telis, vestibus lavandis vacant; Coriarij, Lanarij, hoc est, qui lanas lavando, terendo, discutiendo curant; Agentarij, vel Artifices, hoc est, qui utentes malleo, limo, similique instrumento laborioso, argentum, aurum, in modo & quodlibet metallum versant; Iter agentes pedibus, Curtores, (Italiæ quelli che corrono la posta) Remigantes, Nautæque tota die remos, vel alia navis exercitia praestantes; Tipographi, non quidem qui litteras ordinant, (leve enim id opus est) sed qui torculari operam navant; Mercenarij, hoc est, qui ut merces vendant, ut onus per urbem tota ferè die circumveant; Ornantes tempora, quando scilicet scalas transferentes, pérque eas salientes cum magno labore hinc inde agitantur. Hi, inquam, omnes, similèque, quia laboriosas ex se exercitare, à jejunio merito liberantur. Ita DD. citati, & citandi, *passim*.

22. Nota autem dico, vel tria; Primò, hic sermonem nostrum esse de his artibus absolute acceptis, secundùs si diminutè sumuntur, si enī quis, v.g. in die jejuni, duo, vel tria industria labet; parvo labore frumentum, bestiarum, vel aquarum vi, molat; leviuscula vittas texat, quod cum modo sit labore; Merces vendat, longas vias nequaquam tenet; non vocabitur absolute Fullo, Molitor, Texor, Mercenarij, licet integrum diem in his consumat, nec consequenter à jejunio immunitur, quia ejusmodi exercititia sic diminutè accepta, non sunt per se laboriosa.

23. Præterea ejusmodi opera jam certè laboriosa, totum diem, vel majorem ejus partem, vel certè in laboriosis artibus, bonam diei, partem, occupare debet, ut per se valeat excusatio, si enim laboriosissimus Faber per unam, vel alteram horam ligna, vel lapides cadat, non propterea eo die absolutè, quantum est ex hoc uno labore, à jejunio liberabitur.

24. Denique Artifices, vel similes ex officio laborantes si forte à suis laboriosis exercitationibus aliquo die vacent, an dicto die vacationis jejunare teneantur? Ajo probabile esse, si vacent uno, vel altero, non obligari regulatiter ad jejuniū: Ita Fag. *Eccl. pr. 4. lib. 1. c. 8. n. 16. Diana p. 1. tr. 9. ref. 9.* Sanch. in *conf. c. 1. d. 7. n. 20.* quia ne deficiant illi vires, legitime possunt vel eas servare ad sequentia opera, vel easdem reficere pro operibus antecedentibus. At si multis vacent diebus, obligantur jejunio; quia excusatio neque à præcedenti, neque à præsenti, neque à consequenti labore peti tunc potest.

Exercitia per se non laboriosa.

25. Scriptores, Notarij, Pistoræ, Statuas fingentes, sed sine magno malleo strepitu, conatique (secundus ad Lapidicidas modo dicto reducuntur) Filum ex Lana, vel

Lino

Lito nentes, famuli comitantes, Dominum per Vrbem
undevate, etiam cum iheda obbulantem; Iter lecti-
ca, navi, equo peragentes; Cantores, Sa^rores; qui ve-
nis confutum; Ancilla levia scvitardamus exhibentes;
Metici, Chirurgi, Confessarij, Lectores cujuslibet scien-
tia, etiam qui plus Lectiones more ordinario legunt
et in universo ij, qui ea officia exercent, qua ingenij
vi perficiuntur, ut Advocati, Procuratores, Scolastici,
& iuris; omnes, inquam, hi mihi videntur, artes mi-
tiae per se laboriosas exercere, adeoque a jejunio per
nequam excusari. Ita Doctores citati, & citandi
curia, quidquid aliqui de aliquibus ex his aslevere
poterit, inquam, nam scio facile ratione alicuius gravis
accidit, per accidens excusari posse, Fac enim pe-
nitentiam famulatum Domino per Civitatem totum diem
equitanu famulatum præstare debere; Fac Cantores
in media à voce confusa deseri; Fac Advocatum, Le-
ctorum, confessorium, nisi alimenta se refeant, suis
clientibus, auditoribus, penitentibus facere satis non
poterit; Fac navi iter agenti, five gravem pati nauiscam,
ne cibo sufficiens delitius, & nonne, sed verà per ac-
cidentem immunitatem concedes?

Exercitia dubiè laboriosa.

26. **Dubium sit: Primo**, An concionatores munus
suum pro labore habent debetare? **Respondeo**, no-
nus distinguendum videatur: Si per totam Quadrage-
simam quatinus, vel etiam ter, quaterve in hebdoma-
da continet horatiam plus minus, concionatores habent
a populo: affirmativa est respondendum, etiam si vobis
lunaria, & propter lucrum (est enim opus per se pium)
concionatores; ac propterea a jejuniis tunc erunt excus-
i. Ita Fagund. præc. Eccl. 4. lib. 1. cap. 8. num. 19. Sanchez
in Iren. num. 3. Diana p. 1. tr. 9. r. 9. fol. 19. Laymon. lib. 4.
lib. 8. cap. 3. num. 4. Si femei, vel bis in hebdomada, ne-
gare. Ita Diana *ibid.* Ratio est, quia frequens illa di-
cendi exercitatio junta cum necessario mentis labore,
libet videatur non contemnendus, qualis certe in rari-
simum non apparet; hinc una vel altera concio in
domini jejuniis forte incidentis, jus ad solvendum jejuniū
nonquā dabit, nisi per accidens. Si quando scilicet
debilitas, vel quid simile id tibi indulgendum per suadentem
lib. quod extendit cum Sanch. lib. 5. cap. 1. dub. 1. 3. n. 6.
etiam ad dies praecedentem concioni, si debilitas, iudi-
cio prudentis, idem requirere videatur.

27. *Dubium est secundum de Coquis. De quibus sicut
tempo: Si sunt coqui Magnatum vilioribus ministris so-
lo, inservient, vel sicut Coqui Communes pascit ferula
paratus, non exculantur a pescio: ag si sunt Coqui tota-
die per se exercita culina exerceentes, ave sint nimis
Magnati, five numerulo familiae; tunc certe satis pro-
batur etiam non ea in maceratione iacimur, quia tunc
ad hanc ratione*

rayt eos non comprehendì à lege jejunij. Ita Trall. loc. c. n. 9. citans Fag. & Sà, Azor. p. 1. lib. 7. c. 17 q. 8. Laym. l. 4. tract. 3. cap. 3. n. 3. Sanch. in consil. 5. c. 1. dub. 7. m. 7. alioque.

29. Dubium est quarto: De Barbitonibus? Et quidam hos per se non excuso: tum quia ipsa condicio talis auctor non mihi appetit validè ex se laboriosa; ut mihi non appetit paulò ante Sartoria: tum quia regulariter fatis succedit, & interpolatim, non autem continuo per integrum diem hac solet ars exerceri. Fateor tamen facilimè iis excusationem accidentiam convenire posse, cum pedibus stantes, non verò sedentes labore cogantur: Dices, Eugenius I V. *supra* allatus, declaravimus omnes artifices eximi à præcepto jejunij. Respondeo, negandam id esse, quia Pontifex tantum loquitur de artificibus exercentibus artes laboriosas: quare semper remanet nobis facienda de artis labore discussio, nisi fortè autoritatem Doctorum n. precedente dictam velis amplecti.

30. Inquires: Si quis artem, seu vivendi modum laboriosum non est ex sua conditione fortius, potestne ex sua voluntate laboriosum opus aliquo die assumere, & consequenter eo die abstinentia legem licet non custodire?

Respondeo: Si id fiat aliqua notabilis ex causa, posset
Vt, si quis carens, v.g. Ornatore Templi, ipse cum diuino
laboro, ne festum relinquat; exoneret: idem erit, si
pietatis gratia iter pedestre ad lacram Imaginis aripiat;
si se flagellis uisque ad sanguinem notabiliter credat; si
ad servendum infirmis totum diem, etiam cum proprio
luero laborando consumat: ipsa enim pietas satis ratio-
nabilem dat causam. Ita D.Th. in 4. d. 15 q. 3. art. 1. q. 2. c.
non mediocriter de conf. dist. 5. Ioan. Sanch. d. 6. n. 2. Th.
Sanch. in conf. lib. 5. c. 3. dub. 11. & 12. ex part. Idem judico,
si quando aliquod grave commodum laborando acqui-
ram, vel incommodum à me grave abducam: tanta
enim gravitati indulgeret certus Ecclesia. Ita Less. lib. 4.
de iust. c. 2. num. 43. Fill. t. 32. p. 2. c. 6. num. 120. Trull. l. 3.
in dec. cap. 2. d. 7. num. 13. At si sine causa, ut si quis pede-
stre ad venandum solum ob volupatem se conferat, vel
pila ludat, vel hastiludo vacet; multo magis si cum
peccato, ut si ad adulterandum, vel ad furandum dictum
pedestre iter aripiat; distinguendum erit: nam si ha-
biant eodem die, quo urget jejunij praeceptum, cum id
sit ponere directum impedimentum executioni prae-
cepti, dum praeceptum urget, illicite contra praeceptum de-
jejunando fieri: Legi Less. lib. 4. c. 2. n. 43. Laym. .4.17.8.
cap. 3. n. 4. Trull. l. c. num. 13. si verò hiant tempore remoto
nec multum proximo ipsi diei, quo jejunium urget: non
illicite fieri. Supr. §. de causis excusantibus. ab auditione Sa-
cri, per occasionem diximus; quem ut recolas, omnino
velim.

31. Olim non excusavi à jejunij lege adolescentem mobilem, qui magna animi propensione per integros quandoque dies, etiamcum summan volupatem, arti ferrariae operam navae, & scelopetos, similiaque bellicae artis acquisita instrumenta, artificis instar peritissimi fabrefaciebat. Fabrym ex officio dixi, in eodem hoc opere lubens excusfo, te verò excusare nequaquam debo, quia illi quamvis diviti ars propria, qua neminem privare interdit. Ecclesiæ, excusationem afferre te verò non officium tuum, non ars propria, non labor ex aliqua rationabili causa suscepimus, nō aliud cepit à jejunandi lege potest eximere.

Scio quosdam excusare cum, qui semel, aut iterum assumit pilæ ludum, v.g. vel venationem, licet prævidet se sic non posse edicere die jejunare, quia præceptum (inquit) jejunij non obligat ad abstinentiam ab iis honestis actionibus; Ita Trull. l.c.n. 10. cit. Medin. & Led.

Scio, inquam; sed iis assentiri nequeo; siquidem, dum urgeat præceptum, vel est in proximo, obligor non apponere impedimenta ad illius executionem, ut dictum est satis supr. d. §. 2.

32. Illud tanquam certum libens admitto; si etiam cum peccato te ita defatigasti, ut non possis jejunium.

pati: peccasti quidem, dum impedimentum jejuniū exhibendo apposuisti: at poteris deinde sine novo peccato comedere, quia tunc verē incapax es maceratione jejuniū.

Paupertas.

33. Dupli via paupertas jejuniū tollit: Primū, si pauper, quia indiget, laboret die jejuniū: unde propter defatigationem se cibis reficere opus habeat: Secundū, si careat cibis, quibus integrum, candēmque sufficientem reficationem afflamat: nam tunc, quia cogetur pauca identidem per diem comedere, jejuniū dissolvet. Utique excusatio, ut ex se patet, legitima est. Ita S. Thom. 2.2.q.147.art.4.ad 4. Fag. prace. Eccles. 4.1.1.c.8.m.12. Sanch. in cons. lib. 5. cap. 1. dub. 15.m.1. aliique.

34. Sed adhuc dubitabis: Primū, de eo, cui solum suspetit panis, & aqua, an is obligandus sit ad jejuniū? Quid, si præter panem, suspetret & vinum, vel potus vino similis? Quid denique, si præter panem, & vinum, non desit aliquod unum ex obsoniis modici sufficiunt, ut, v.g. pesciculi, vel oliva, vel nuces, vel cæpæ, vel allia, &c.

Respondeo, non obligare habentem solum panem, nec habentem insuper & vino copiam; quia nimis esset onerosum, & laboriosum calunodi jejuniū. At habentem aliquod unum ex dictis obsoniis obligatum, si raro, verbi gratia, semel aut iterum id contingat, non autem, si sæpe. Ratio est, quia si sæpe, maceraretur nimis, atque extra modum corpus: quia certè nimia maceration non habet locum, si id raro contingat; præseriat in homine rusticō, firmat sanitatis, & his vilioribus obsoniis assueto. Quod si cui in promptu essent non pauca ex dictis obsoniis, tum olivæ scilicet, naces, tum pesciculi, & similia; non audeo facultatem eidem non jejunandi concedere: (quidquid non nemo in contrarium sentiat) quia sufficiens habet alimentum a multis cibis vilioribus potest, quod ab uno, vel altero præfatio potuisset.

35. Dubitabis secundū: Qui habet unde vivat, non verò unde restituat, vel alat familiam, potestne primū laborare, & consequenter jejuniū negligere, ut pretio laboris, quod debet, exsolvat, familiānve sustenteret? Potestne secundo de vieti sibi detrahere, & consequenter propter parvitate vieti non jejunare; ut sic pecuniam cumulans, dictis suis debitoribus, familiāque satisfiat? Respondeo. Posse utrumque puto, quia restituere, quae est debita ex iustitia, & sustentatio familiæ, quae ex charitate, prævalent debito jejuniū, quod non est inductum ab Ecclesia cum tanto rigore: Lege cap. non mediocriter, de confec. dist. 5. certè propter opera pietatis posse dissimilari jejunium, modo num. 1. diximus. An sicuti potest, ut etiam debeat? Colligeretur ex mox dicendis num. sequenti.

36. Vrges: Sequeretur ex his, primū, pauperem, quando aliunde non habet, posse laborare die festivo, in & omittere sacram, solum, ut reddere debitum, vel familiam alere valeat; par enim visetur ratio de his, & de jejunio: Sequeretur secundū; ad id etiam obligari; potens enim adhibere media apta ad solvenda debita, à iustitia obstringitur, ut ea adhibeat. Respondeo ad primum, concedendum esse sequelam; solum adverto, Sacrum non esse tam facile omittendum; quia præceptum audiendi facrum die festo suam gravitatem habet, quæ non videtur regulariter vinci à modo illo lucro, quod à labore tam modici temporis, quo Missa durat, acquiri ordinariè potest. Respondeo ad secundum cum distinctione: nego enim ad id obligari, ut quis restituat; poterit enim debitor sibi persuadere creditorem nolle esse tam severum, ut obstringat ipsum ad conquerēdam pecuniam medio tam extraordinari, quale est, laborare die festivo, in quo omnibus conceditur quies ad vacandum Deo. At verò concedo te obligari ad laborandum, quando tanta necessitas premittat, ut sine illo, festivo labore notable dampnum tua familia patiatur; tunc enim urgat, ut bene tu mones, ratio Charitatis,

Conjugium.

37. Contra pon rati excusatione ducta ex ipsa conditione coniugii, liberatur à jejunio.

Liberatur, autem: Primū, in eo casu, quo non possit alteri reddere debitum, si jejunet. Ita Sanch. 1.9.de may. d. 3. m. 10. Less. lib. 5. cap. 2. n. 44. Jo. Sanch. d. 54. m. 21. aliique. Ratio est, quia ius iustitiae prævalit præcepto Ecclesiæ; ne legi cum tanto rigore jejunium. Imò tunc peccaret coniux jejunando. Ita Ledesma 2. p. 4. q. 17. art. 4. ver. ex prædictis colliguntur; quia facere, contra ius alterius, dum ad reddendum illi debitum se notabiliter impotens reddit. Tunc autem hic casus locum habet; quando coniux notabiliter debilitatem contraheret ex eo, quod cum jejunio debitum redderet. Debitum, inquam, modicū ab altero petitur: quia moderatio attendenda est, spectata qualitate conjugij, juvenes enim, fortioresque sapient, stiles, imbecillioresque rariū matrimonio ut convenit. Cum ergo quis non teneatur reddere nisi justitia qualitate sua complexionis, ad quod solum, & non ad amplius virtualiter consensit conjugi, cum matrimonium contrahit; ideo solum tunc debitum conjugij conjugem à jejunio immunem reddit. Quod si precibus, aliave modo potest conjugi removere alterum à petendo debitum, adhuc tamen non teneretur ut hoc remedio, atque adeo posset non jejunare, & sic redire. Ita Sanch. Sanch. l.c. Raiso est, quia personalis obligatio reddendi est ex iustitia, quia non obligat nisi ad reddendum personaliter debitum; non verò ad coniugenda, vel potencia remedia, ne alter petat.

38. Negligi item jejunij præceptum non potest, ut potentior, seu etiam, ut potens quis sit ad petendum debitum à conjugi. Ita Sanch. ibid. quia solum obligatio iustitiae reddendi debitum excusat à jejunio: at conjugi non habet obligandum iustitiae petendi, sed solum reddendi debitum.

39. Scio quendam concedere solutionem jejunij ei conjugi, qui nisi comedat, est ineptus ad petendum debitum moderat, quia sicut Faber dives (inquit) ne suum officium ad quod ius habet, deserat, potest laborare, & consequenter non jejunare: sic conjugatus, ut suum officium usus matrimonij, ad quem ius habet, non amittat, poterit non jejunare, non quidem ut sit valentior, & potentior ad extraordinarias copulas, sed ut sit potens ad petendas copulas moderatas, ad quas ius habet.

40. Verum, nulla ratione placet haec concepere: non solum, quia omnes ferè conjugati sic liberantur à jejunio, si qui in pro omnibus est illud: Sine Cerere & Baccho friget Venus; idemque possent conjuges prætendere quod comedunt jejunium, quod certè est inauditum. Verum etiam, quia cum usus matrimonij, quod petendum, sit liber in conjugibus, prævalit lex jejunij, quae ut obligans. Sicuti, quia Fideles omnes tenentur intercessio sacro diebus Dominicis, non potest quis excusari ab illo, quia vult uti sua libertate, quæ se conferat illis Dominicis diebus ad venandum; & sicut, quia Sacerdotes omnes tenentur recitare Horas Canonicas, non potest quis aliquem Sacerdotem excusare ab iis recitandis, quia is vult uti sua libertate, quæ Breviarium suum in Marcia projiciat: & ratio horum omnium est, quia idem præceptum, quod obligat ad finem, obligat etiam ad medium proxima, & necessaria ad illum; & ne tempore, quod præceptum urget, ponantur impedimenta voluntaria ad eius executionem, ut alibi a nobis dictum est.

41. Neque obstat patitas ducta ab Artifice divitiae: quia lex jejunij absoluē non obligat Opifices laborantes; unde non est mirum, quod eisdem non obligat; si divites sibi; per accidens enim est eos esse locupletes, at lex jejunij obligat per se etiam conjuges; unde iij ob solam rationem conjugijs nisi alia addatur excusatio, dictam legem à se non possunt excutere.

Illud approbo, si advertat conjux periculum incontinentiae in alio, posse petere, etiam si, ut petat, opus sit jejunium frangere; quia tunc illud periculum in altero equivalit.

seguenter petitioni, & petitio hujus redditioni, ad quam
ut per justitiae ratio. Idem puto (non enim absumilis est
ut non nisi peccata in geras malam sufficiunt in altero,
quod adultereris, vel aliam Adamaveris.

4. Liberatur secundus, Vxor, si ex jejunio reddatur
in extraordinarię pallida maciēque confecta, ut timor
intimidibilis sit, ne a Viro minus notabilitate ametur: Ita
Si jejunium, n. 9. Thom. Sanch. lib. 9. de matr. d. 3. n. 11.

Si jejunium, d. 3. n. 24. praeceptum enim jejunij quanto ma-
cimum statu, quem certe sine debito amore perisilitari
possit, obstat non debet.

4. Liberatur tertius si eadem uxor ita prohibeatur
jejunio, ut si jejunet, rixas exoriantur, & notabilitate
adversitate Th. Sanch. l.c. 13. alter Sanch. l.c. 26.

fig. 4. Ecl. lib. 1. c. 9. n. 9. quamvis enim peccet vir, si
ut linea sufficiente causa faciat, uxor tamen si obediat, non
delinqutus propter rationem n. preced. dictam.

4. Liberatur quartus, Vxor Catholica, si prohibe-
atur a viro heretico jejunare, idque non in contemnam
Ecclesie, vel praecepti jejunandi, sed ob alias causas,
puta ob incommode parandi cibos Quadragesimales,
ob suspicuum coidem vel quid simile. Ita Azor.

p. 1. lib. 18. 18. Fag. l.c. 10. Trull. lib. 3. in dec. c. 2. dub. 7.

4. Ratio et cetera, vel ferè eadem, ac n. 10. dicta.

4. Liberatur quintus, ut id haec occasione dicam,
pilla subre voles, si ex continuato jejunio Quadra-
gesima (nam in jejunio uno vel altero, quod incidit in
annis, id vix locum habere potest) speciositatem fa-
cere notabilitate amitteret: Ita Th. Sanch. l.c. 12. Ratio

etiam pueris honestum Matrimonium acupant, no-
tione claram infest specie desperatio. Sed quod si
tum tantum factura? Respondet, quando ita colorum
dependet, maciēque contraheret, ut, ea visa, statim de
data macte extra suum morem notaretur.

Opera Pietatis & remissive.

Difficultas invitandi.

Bona fides: Ratio hospitij.

4. Littere ob pietatis opera jejunium de praecepto
negliguntur, si per occasionem tercijimus cap. 3. §. 4. n. 6.

4. Quod difficultatem. Ceterum est, molestiam ali-
quam in jejunio residere, atque haec nihilominus cognita
principiis. Fidelibus ab Ecclesie: quare non est,
ut ob qualibet difficultatem a jejunio te exipi im-
pedirent putes. Agimus igitur hic de magna, ac valde
extraordinaria difficultate: de qua sic distinguere: Si dif-
ficultas oritur ex malo habitu tuo, rurisque gloriolata,
tamen sit magna obligatio tam vincere, ag jejunare.
Ita fil. n. 12. 1. 2. 6. 9. n. 12. 5. omnes enim tenemur
malos habitus, quamvis inverteratos, extirpare. At si dif-
ficultas oritur ex prava corporis dispositione, quia, v.g.
stomachus notabiliter, atque extraordinariam debilitatem
femur, incolitam laetitudinem, & similia, excusaberis
ejusmodi, etiam ejusmodi debilitas provenerit ex malo
habitus, non comedendi. Sic intelligo Bonac. i. 2. dub. de
Ecl. l. p. n. 13. Ratio est, quia tunc eusmodi in-
convenientia reducuntur ad corporis infirmitatem, de qua
littera facit, superque dilatatur.

Transitus per Terras Hæretorum.

Servitus Catholicus apud Infideles.

4. Quando nullum adest, timetur incommodeum,
de quando, si jejunetur, appareret Religionis contemptus,
jejunium esse obserendum, etiam inter infideles, nulla
est dubitatio. At si vita periculum, vel alterius mali
gravis, sine dicto contemptu, poterit, vel peregrinus, vel
femur inter Hæreticos, seu Infideles, & jejunium, & fran-
gente, & canes comedere die Fidelibus ventito, Azor. p. 1.
k. 1. 8. 9. Trull. l. 3. in dec. c. 2. dub. 7. n. 22. quia præcepta
Ecclesie positiva non obligant, ut nimis sepe diximus,
cum tanto dispendio. Hinc, si Remiges Christiani in tri-

repibus Infidelium, vel servi in eorundem domibus
alium cibum præter carnes non haberent, vel si jejunan-
do in odium notabile Domini Infidelis incidere, a je-
junii præcepto propter dictam rationem eximerentur.

4. Liberatur secundus, Vxor, si ex jejunio reddatur
in extraordinarię pallida maciēque confecta, ut timor
intimidibilis sit, ne a Viro minus notabilitate ametur: Ita
Si jejunium, n. 9. Thom. Sanch. lib. 9. de matr. d. 3. n. 11.

Si jejunium, d. 3. n. 24. præceptum enim jejunij quanto ma-
cimum statu, quem certe sine debito amore perisilitari
possit, obstat non debet.

4. Liberatur tertius si eadem uxor ita prohibeatur
jejunio, ut si jejunet, rixas exoriantur, & notabilitate
adversitate Th. Sanch. l.c. 13. alter Sanch. l.c. 26.

fig. 4. Ecl. lib. 1. c. 9. n. 9. quamvis enim peccet vir, si
ut linea sufficiente causa faciat, uxor tamen si obediat, non
delinqutus propter rationem n. preced. dictam.

4. Liberatur quartus, Vxor Catholica, si prohibe-
atur a viro heretico jejunare, idque non in contemnam
Ecclesie, vel præcepti jejunandi, sed ob alias causas,
puta ob incommode parandi cibos Quadragesimales,
ob suspicuum coidem vel quid simile. Ita Azor.

p. 1. lib. 18. 18. Fag. l.c. 10. Trull. lib. 3. in dec. c. 2. dub. 7.

4. Ratio et cetera, vel ferè eadem, ac n. 10. dicta.

4. Liberatur quintus, ut id haec occasione dicam,
pilla subre voles, si ex continuato jejunio Quadra-
gesima (nam in jejunio uno vel altero, quod incidit in
annis, id vix locum habere potest) speciositatem fa-
cere notabilitate amitteret: Ita Th. Sanch. l.c. 12. Ratio

etiam pueris honestum Matrimonium acupant, no-
tione claram infest specie desperatio. Sed quod si
tum tantum factura? Respondet, quando ita colorum
dependet, maciēque contraheret, ut, ea visa, statim de
data macte extra suum morem notaretur.

Ratio loci: Excusatio dubia, remissive.

5. De excusatione ratione loci. Matis per occasio-
nem dictum est in superioribus, c. 1. §. 2. n. 10. cum de ex-
cusatione ab assistentia Missa tractaremus. De excusa-
tione dabia, vide nonnulla max. num. 6. fine, & ea quæ su-
pra diximus lib. 1. c. 3. §. 7. c. Jejunium.

Dispensatio.

5. Dispensationem de non jejunando concedi a
Summo Pontifice posse, ex justa causa, licet, & validè,
sine causa autem, saltem valide, ex supradictis cap. 3. §. 2.
num. 2. satis constat.

5. Et quidem causa justa duplex est: Altera ex par-
te Summi Pontificis, altera ex parte ejus, qui dispensa-
tionem postulat. Ex parte hujus causa debet esse excu-
satio, seu aliquo tandem modo impeditiva, de qua max.
num. 6. Ex parte Pontificis non est improbabile satis esse
quamcumque, etiam non sit impeditiva jejunij: quare
sufficit, si Pontifex moveatur ab aliqua sibi bene visa ra-
tione, ita ut solum, quia vult se benignum alicui bene-
merito ostendere, sufficiat aliquando ad dispensandum,
Lege Sanchez l. 8. de matr. d. 18. n. 7. Pont. l. 8. de matr. cap.
14. Castro Palt. 1. tr. 3. de disp. d. 6. p. 8. §. 1. n. 3. Dianam p. 1.
tr. 1. 3. ref. 3. 5. Trull. l. 3. in dec. c. 2. dub. 7. n. 18. ejus rei fa-
ctio est, quia similes dispensationes concessae pro persona
particulari, non leviter bonum commune, ne sunt in
alicujus præjudicium, nec bonum ordinem Rempublica
turbant: convenit enim ipsi Rempublica bono. Principi
ali quando se benignum exhibere: ergo cum haec dispen-
sationes sint circa leges humanas ab ipso Pontifice de-
pendentes, non est unde tunc comittatur ne levis qui-
dem culpa. Proportionali modo esse discurrendum de
dispensationibus concedendis per Episcopos a jejunis,
solo jure Diocesano, non autem universalis, de his enim
max. n. 5. 5. inducitis, paritas rationis ostendit.

5. Atque ex his fit, peti posse dispensationem ex
sulla causa a Summo Pontifice, & ab Episcopis in eo-
rum proprio jure sine ulla culpa, Ita Sanch. ib. 8. de matr.
d. 18. n. 9. tum quia integrum mihi est proponere deside-
rium.

200 Explic. Dec. Lib. V. Cap. V. De Jejunio.

rium meum; ceterum ad Superiorum pertinet inquirere causa sufficientiam: tum quia supponere possum semper adesse. Etiam causam benignitatis ex parte Praelati proprio iure. Fit insuper, posse quempiam uti predicta dispensatione; Ita Suar. lib. 9. de leg. c. 19. n. 14. Pont. Dian. Barb. Navar. Val. alisque quos citat, acuturque Trull. I.e. tum quia suppono semper adesse dictam causam ex parte Pontificis, vel Episcopi: tum quia dispensatio sine causa concessa a legitimis Superioribus, quales sunt in proprio iure Praelati, jam est valida, ut se vidimus non igitur peccabit, qui dispensationem iam validam utitur, cum per dispensationem validam, validè a legi exemptus est, est, Superior peccaverit.

Dixi (sincere) nam si falsum exprimas, vel veram taceas, longè alia est ratio, de qua re alibi.

55. Loquamur iam de Episcopis, Praelatis Regulatibus, Episcoporumque Jurisdictione gaudentibus, (qui sunt hi, vide in simili sup. c. 3. §. 2. n. 32.) quoad universaliciunia indicta toti Ecclesia.

Primo. Dicti Praelati Papa inferiores, non solum posse dispensare in ieiuniis proprii iuris, ut modò dictum est; sed etiam possunt cum suis subditis aliquando dispensare in ieiuniis lege universalis institutis. Ita S. Thom. in 4. diff. 15. q. 3. art. 2. q. 4. ad 3. Suar. lib. 6. de leg. c. 14. fin. Sanch. lib. 5. conf. c. 1. dub. 5. n. 16. Fag. pr. Ecl. 4. l. 1. c. 9. n. 2. Ratio est, quia potest Praelatus inferior dispensare in lege superiori, quando non est recursus ad Superiorum, caususque dispensandi est frequens, qualis certè est hic de ieiunio. Intellige semper, dummodo in huiusmodi universalibus legibus existat causa, se tenens ex parte subditis, quia dispensare in lege Superiori, hinc solum concessum est, ut subditorum necessitatibus subveniatur.

56. Inter hos potentes dispensare dicto modo in ieiuniis universalibus, consumera Parochum, etiam praesente Episcopo. Ita plures, quos citat, & sequitur Joan. Sanch. d. 54. n. 36. Th. Sanch. lib. 8. de matr. diff. 9. n. 27. Et ratio præter præscriptam consuetudinem est, quia secus nimis gravarentur Fideles, in d. & Episcopi, si hi effent pro ejusmodi minutis, & frequentibus dispensationibus semper audebant.

57. Secundò, quilibet ex dictis, in d. & a delegatis ab ipsis, eo modo, quo cum subditis suis dispensare potest, poterit etiam secum ipse immediatè, vel mediatè, committendo scilicet suo Confessario, ut dispenset: id quod satis sit hinc innuisse. Lege Castr. ir. 3. diff. 6. de diff. p. 7. §. 1. n. 2. Diana p. 1. t. 9. ref. 15. Laym. l. 1. ir. 4. c. 12. n. 3. Asc. Tamb. 1. de iure Abb. d. 1. 2. q. 8. n. 1. & 2. in nova edit.

58. Tertio; quamvis Episcopi non possint abrogare jejunia universalis Ecclesie; quia nihil potest, absoluere loquendo, Inferior in lege Superioris; tamen concurrente gravi causa, valet pro tota sua Dicessi aliquando dispensare. Sic paucis ab hinc annis dispensatum fuisse ad edendas carnes tempore Quadragesima, graffante peste, Panormi; fame premente, Messanæ, scimus omnes.

Mulcò magis poterunt ex causa transferre. Ita Sanch. in conf. lib. 5. c. 1. d. 7. n. 17. Vnde recte factum est Panormi, ut in die Natalis Sanctæ Christianæ Civitatis Patronæ, quæ incidit in Vigiliam sancti Jacobi, non jejunetur, sed ob celebritatem Festi transferatur jejunium in diem praecedentem.

59. At poteritne Episcopus commutare, hoc est, sine ultra causa, concedere ipsi, vel toti Dicessi, ut loco jejunij aliquo opus spiritualis, sive æquale jejunio, sive magis exhibeat? Respondeo, non posse in jejunio indictis iure coiuncti, vel iure Provinciali; Posse in jejunio à se, vel Praedecessoribus, vel Concilio Dicessano inducitis. Lege Suar. lib. 6. de leg. c. 16. init. Castr. t. 1. n. 3. d. 6. de diff. p. 9. n. 4. Indicat Sanch. l. 3. de matr. d. 10. n. 11. & c. 1. q. 1. de fer. Ratio prioris dicti est; quia Episcopi sicut causa excusante subditos dispensare ex legibus Superioris valent (vide que dixi, cum se dispensatione a laborandum die fetor) si ergo nullam supponis causam, ex parte subdit, nullam supponis autoritatem. Ratio dicti posterioris est: quia leges à se dependentes abrogare potest ex quacunque causa, quamvis subditos non excusent, ut modò n. 53. dictum est; opus autem bonum, in quod commutari jejunium supponimus, jam alia causa est.

60. Quarto: quenam debet esse causa excusans, sive ex parte subdit tenens, in hac materia? Respondeo: satis erit una ex illis causis excusantibus à jejunio, haec enim explicatis, nec non totaliter, sed aliquo tandem modo insufficienter excusans. Ita Sanch. in conf. lib. 5. c. 1. dub. 6. n. 2. Item satis erit, si dubium sit, an dicta causa sufficiat ad excusandum absolutè subditum à jejunio; Ita id. vel a sufficiat Superiori ad expediendam dispensationem, Ita idem ibid. dub. 5. n. 26. Trull. lib. 3. in dec. c. 2. d. 7. n. 19. Less. v. Jejunium. p. 10. Ratio horum est, quia si causa est magna, & gravis, non indigemus dispensatione: si nulla, non potest ea licetè dari: ergo si aliquis op. pati possit potest dispensandi, satis erit, si causa non sit adeò gravis, vel sit dubia. Quando superiores advertunt, causam minus esse sufficientem ad absolutionem dispensationem, miscent aliquam commutacionem, puta Orationem, elemosynam, &c.

61. Majorem causam requiri in dispensatione ad carnes, quam ad frangendum jejunium, admonitione non indiget. Quid de laeticiis, comparatione factis ad jejunium? Aio, majorem requiri causam ad dispensandum jejunium, quam ad edendam laeticiam: quia cum laeticiis starc. jejunium potest; atque adeò minus dispensatur in his solum endens, quam in violando jejunio.

62. Tertio denuo, Confessarius, ex Sanch. conf. lib. 5. c. 1. dub. 5. n. 28. & lib. 8. de matr. d. 9. c. 27. Fag. pr. Ecl. 4. lib. 1. c. 9. n. 3. Trull. lib. 3. in dec. c. 2. dub. 7. n. 18. Medicus, ex iisdem ibid. vel quilibet vir prudens, ex iisdem ibi: ut erit Abbatissa, ex Joan. Sanch. in sel. d. 54. n. 37. Lezana v. Abbatissa, n. 1. 4. dispensare in jejunis non valent: solum possunt, quatenus sunt periti, declare causam adesse sufficiem ad non jejunandum. Ratio est manifesta, quia ad dispensandum requiritur iurisdictio spiritualis, qua hi carent; at ad declarandum, sufficit peritia.

63. Verum, quid fieri in casibus, in quibus nec adesse Superior, qui dispenset; nec vir peritus, qui declarat? Respondeo: sufficit ipse subditus bona fide putans sufficientem sibi adesse causam, ut colligimus ex S. allat. n. 49. Sed jam, librum hunc quartum feliciter, si Deo placet, cum gratiarum actione claudamus.

FINIS LIBRI QUARTI.

Ac totius Operis primæ Patris.

Laus Deo, Beatisima Virgini, ac Beato Aloysio.